DE
XENOPHONTIS STUDIIS RHETORICIS.

DISSERTATIO INAUGURALIS
PHILOLOGICA
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
IN
ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE
FRIDERICA GUILELMA BEROLINENSI
AD
SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE CAPESSENDOS
DIE XIV. M. AUGUSTI A. MDCCCLXXXX.
PUBLICE DEFENDET
AUCTOR

HANS SCHACHT
HELVETIUS.

ADVERSARII ERUNT:
P. MASQUERAY, PROF. AGRÉGÉ.
A. PERRENOUD, CAND. PHIL.
W. SCHMITTHENNER, CAND. PHIL.

BEROLINI
TYPIS EXPRESSIT GUSTAVUS SCHADE (OTTO FRANCKE).
LINIENSTRASSE 158.

HERMANNO DIELS

SACRUM.

Constat, rhetorum auctoritatem quinto a. Chr. saeculo ortam paullatim ita auctam esse, ut inde a belli Peloponnesiaci initio omnes fere Attici scriptores eorum scholis interesse pedestremque orationem ad illorum praecepta conformare inciperent. Et universa temporum ratione et inclinatione vel ei ad similia studia trahebantur, quorum ingenia abhorrebant a sophistarum fallaciis et artificiis. Iam Thrasymachus iuventutis animos verborum aucupiis mirum quantum delectaverat; tum vero postquam Gorgias Athenienses novis et inauditis illecebris dicendi quasi Siculis dapibus cepit, illa rhetorum ars immo pestis usque quaque diffusa est, ut vix quemquam ab isto contagio tutum fuisse dicas.

Itaque cum etiam in Xenophontis dicendi genere, quod nativa quadam jucunditate conditum esse plerique credunt, rhetorum auctoritatem valuisse mihi persuasissem, inquirendum esse putavi, quae essent eius rhetorica praecepta et quomodo ab eo essent variata et temperata.

Ex hoc elocutionis pervestigatione simul spes erat, non spernendum auxilium redundaturum esse ad scriptoris orationem melius intelligendam et a temeritate criticorum vindicandam.

Ac primum Xenophon ipse quid de eloquentia senserit audire refert, cum eum, qui artis instrumentis utatur, ipsam artem contempsisse veri dissimile sit. Quam tantum abest Xenophon ut parvi faciat, ut contra eloquentia utiliorem homini scientiam cognitionemque nullam esse censeat. Nil enim magis imperatori prodesse, quam si aliis persuadeat quae velit, et eum profecto summum virum habendum, qui praeclaras res gerat persuadendo magis quam vim adhibendo (cf. Oeconomici c. 21 et Cyrop. III, 3, 19) et alios homines dicendo et docendo bonos reddat

(Cyrop. III, 3, 38). Quam vero ducis imaginem habeat exsculptam quodammodo et fixam animo, non praeceptis solum et fictis personarum sermonibus agnoscimus, sed inter ipsos belli Peloponnesiaci duces exemplar nobis propositum videmus optimi imperatoris in Hellen. I, 1, 30. Laudatur enim ibi Hermocrates Syracusanus, quod exercitationibus oratoriis legatos centurionesque aptos ad dicendum reddere studeat, cum ipse disertus habitus et propterea famam sit adeptus. Atque Socratem, cum de officiis magistri equitum disputaret interrogareturque a juvene quodam, num praeter cetera officia etiam bene dicendi facultatem magistri equitum duceret, respondentem fecit: an silentio ducere imperareque vellet?[1]) (Memor. III, 3, 11). Praeterea Anabasis et Cyropaedia orationibus abundant, cum nil fieri soleat, quod non antea sit expositum copia verborum rhetoricaque disputatione. Conferre libeat Cyrop. IV, 3, ubi de formandi equitatus necessitate disputatur maiore, quam pro gravitate rei, sententiarum verborumque ubertate et arte.

Ita cum sentiret Xenophon de eloquentiae vi, prorsus alienum eum fuisse a studiis rhetoricis, quibus tum delectabatur Atheniensis juventus, nemo contendere audebit. Sed non modo artem oratoriam magni fecisse Xenophontem, sed etiam ipsos artis rhetoricae magistros plurimi aestimasse intelleximus. Nam Gorgiae Leontini sophistae institutionem praedicari cognovimus ex Anab. II, 6, 16 sqq., ubi Proxeni, Gorgiae discipuli, mores et studia laudantur, qui eadem fere ratione homines regi putat, quam Xenophon commendare videtur Cyrop. II, 4, 10. *ἥδιον εἶναι εὖ τε λέγοντα καὶ εὖ ποιοῦντα παρορμᾶν μᾶλλον ἢ λυποῦντα καὶ ἀναγκάζοντα.* Quare Conviv. I, 5 philosophiae magistros, Gorgiam, Protagoram, Prodicum irrisionis causa Platonico more nominari non jam arbitramur, et recte sensisse Beckerum putamus dicentem a Platonica illudendi cupiditate alienum fuisse Xenophontem, quamquam sensisse id magis quam probasse ille mihi videtur. Semper enim sibi constare Xenophontem nec alio loco aliter judicasse puto, quippe qui bis Prodico sapientis nomen indidisset, Memor. II, 1, 21 et Conviv. IV, 6, 2. Atque sic cum Duemmlero consentio, qui Convivii IV, 62 locum quasi confessionem Xenophontis esse judicat, ad Prodici laudem

---

[1]) Cetera vide Cyrop. I, 5, 9. II, 1, 13. 4, 10. Oecon. 4, 19.

scriptum (in *Academicis* 149, 58). Quem locum Beckerus quoque[2]) respexit, cum a Xenophonte sicut a Socrate illum propter praeclaram juvenum ad virtutem colendam institutionem magni esse factum contendit. Ceterum philosophiae quoque quandam cognationem intercedere Xenophonti cum Prodico Duemmlerus evincere studet (cf. Acad. l. c. et p. 67, 153, 154, 156, 164). Quae praeterea de sophistarum studiis habebat cognita, ea compluribus locis exponuntur. Primum Oecon. XI, 25 exhibetur illud Protagorae: causam inferiorem sua arte fieri posse superiorem; tum de Hippia Eleo quae pervulgabantur nobis traduntur Mem. IV, 4, 6 et Conviv. IV, 62; *μνημονικόν* enim et *πολυμαθῆ* eum fuisse audimus; Gorgiae denique studia designantur Conviv. II, 26, de quo loco postea uberius agendum. — Quibus rebus consideratis apparet, Xenophontem hominem rudem litterarumque aetatis suae ignarum non fuisse. Rhetoricae igitur institutionis participem Xenophontem esse constat, sed imbutum eum magis quam instructum dicemus; nam tum demum ad litteras sese contulit, cum otio ad hanc occupationem impelleretur, operaque composuit sua non meditationis contemplationisque amore commotus, sed experientia rerum vitaeque et gloriae cupiditate pulsus.

I.

De elocutione rhetorica.

A. De ornatu verborum simplicium.

Itaque quoniam principum rhetorum nomina ac disciplinam cognita fuisse Xenophonti patet, quaerendum est, num ipse quoque usus sit eorum artibus. Atque ea via procedendum esse videtur, ut quae in eius scriptis rhetorum scholas redolent diligenter colligamus et perpendamus. Hanc materiam sic disposuimus, ut de eo primum ornatu sermonis loquamur, qui in verborum delectu et translatione efficitur.

Itaque ex artis scribendi subsidiis haec praecipue enumerabimus, quae e sophistarum scholis et rhetorum declamationibus originem trahunt: vocabula ab usu communi remota et arcessita,

---

[2]) Ioannes Becker, de Sophistarum artium vestigiis apud Thucyd. Berlin 1828, p. 41. Ferdinand Duemmler — Academica Giessen 1889.

carminibus magis quam sermoni pedestri apta, e variis illa dialectis collecta, quae γλῶσσαι vocabantur ab antiquis; voces compositas, novatas, formatasque saepe ab ipso scriptore; verborum immutationes; adjectivorum frequentiam; synonymorum denique usum. Quatuor illa genera ornatus: glossae, verba composita, translata, frequentata tribuuntur ab Aristotele generi dicendi frigido (Rhetor. III, 3) et vitia magis quam virtutes orationis ducuntur. Attamen glossis et verbis temere compositis et cumulatis bonus orator carere potest, translatis non potest; neque enim omnis translatio frigida sive putida est, immo quando naturali quodam motu genita est et ultro se offerre videtur non quaesita cum magna meditatione scribentis, tum affert orationi decus et splendorem, ut lumen orationis jure sit appellata. In metaphoris igitur, dummodo moderatio prudentiaque adsit, vitium facile vitabitur, glossae vero, quo uno nomine vocabula rara, obsoleta et aliena comprehendo, poetis tantum et veteribus rhetorum declamationibus conceduntur. Antiqua enim et figurata plerumque Gorgiae elocutio multis primum probabatur, sed optimis mox videbatur esse reprehendenda. Atque ipse Isocrates, ceteroquin Gorgiam imitatus, figurata et inusitata verba ne in declamationibus quidem censet esse adhibenda (cf. Euagoras 9), quibus tamen major licentia est. Revera Isocrateae elocutionis incorrupta integritas ab omnibus laudatur, et ipse gaudet puro et candido sermone, qui simplicitatis et communis consuetudinis speciem prae se ferens tamen fallit plerosque imitatores (Panath. 3.). Quae verborum eligendorum sollicitudo tantum abest, ut Xenophonti possit vindicari, ut eum pessimum Attici sermonis auctorem viri docti appellarint[3]). Neque desunt qui parum emendate eum scripsisse statuerint, qua de re inspicere libeat commentationem de Xenophontis vita et scriptis, quam praemisit editioni operum Xenophontis G. Sauppe (Tauchnitz 1865, p. XV). Idem vir doctus computavit numerum vocabulorum glossematicorum et poeticorum, quibus mirum in modum abundant opera Xenophontis (cf. Sauppe l. c. et Vol. V, app. 3, p. 298, et ejus Lexilogus

---

[3]) cf. Tycho Mommsen, Beiträge zur Lehre der griech. Präpositionen, Frankfurt a. M. 1887 p. 2: „Von allen Vertretern der attischen Prosa ist gerade Xenophon der am wenigsten zum Muster geeignete, der am letzten empfehlenswerthe für das Griechisch-Schreiben, da ihm die Reinheit und Ebenmässigkeit des eigentlichen attischen Ausdrucks fehlt“.

Xenophonteus, Teubner 1869). Nostrum vero iudicamus non omnia haec proferre, sed eos tantum locos, quibus rhetoricus color vel ornandi consilium insit. Ita Xenophon Cyrop. V, 4, 48 non solum raro utitur vocabulo *ὑπὸ τῶν παρυφασμένων ὅπλων* sed etiam figurata elocutione (*propter praetexta arma* i. e. *armatos*) et ibid. 50 extr. poetico illo *παραμείβεσθαι* pro *παρέρχεσθαι* (cf. Anab. I, 10, 10); hoc vocabulum in narratione, illud in exhortatione usurpatur. Porro Cyrop. I, 5, 3 *ἀσθενοῦν*, rarum vocabulum idemque rara junctum structura, *φθάσας ἀσθενώσοι* pro *φθάσοι ἀσθενώσας;* Cyrop. VI, 3, 13 *ἀτρεμίαν ἔχειν* pro usitatiore *ἡσυχίαν*; ib. IV, 5, 9 *ἐβριμοῦτό τε τῷ Κύρῳ irascebatur vehementer Cyro*, ubi narrationi aptius fuit *παρωξύνθη* vel *ὠργίσθη ἰσχυρῶς;* Cyrop. IV, 1, 3 invenis arcessitum vocabulum *ἐπισπερχῶς* pro *σφόδρα*. Quid? quod ipsae illae phalerae loquendi, quas Vahlenus (*der rhetor Alcidamas*, Sitzber. d. Wien. Acad. d. Wiss. 1863, XLIII, p. 492) ex Alcidamantis rhetoris fragmentis collegit et declamationum proprias censet esse, a Xenophonte quoque usurpantur, ut *ἀτασθαλία* pro *ὕβρις* Anab. IV, 4, 14 et *θήγειν τὰς ψυχάς* Cyrop. I, 6, 41 et Memor. III, 3, 7.

Declamantis etiam sunt: *ἔνθεος*, cf. Gorgias Epitaph. *ἐκέκτηντο ἔνθεον μὲν τὴν ἀρετήν*, idem que Helena 10, Plato Symp. 179a *ὅντινα οὐκ ἂν αὐτὸς ὁ Ἔρως ἔνθεον ποιήσειε πρὸς ἀρετήν* et Xenoph. Symp. 1, 10 *οἱ δ' ὑπὸ τοῦ σώφρονος Ἔρωτος ἔνθεοι; ἀλκή*, Gorg. Helena 4 et Xen. Hell. V, 1, 12, ubi etiam anaphora et parisosis indicant colorem rhetoricum, Hiero 9, 6; Cyrop. VII, 5, 75. *ἀλεξητήριον* Gorg. Helena 16, Xen. R. Equ. 5, 6, quo loco Xenophon altius spirare videtur. *ἄγρευμα* Gorg. Hel. 19, Xen. Mem. III, 11, 7. Praeterea Cyrop. I, 5, 13 *τοῖς φίλοις ἀρήγειν* poetice dictum pro *βοηθεῖν*. Cyrop. II, 3, 8 extr. *ἄλκιμον εἶναι*, ubi sermoni pedestri magis conveniebat vocabulum *ἀγαθόν* vel *εὔψυχον;* porro Cyrop. II, 4, 23 *ἀποσοβεῖν* verbo utitur pro usitatiore *ἀπελαύνειν;* denique nota Cyrop. V, 5, 6 *ἄχος αὐτὸν ἔλαβεν*. Anab. ~~I, 4, 9~~ *ἔλυε τὴν ἀπόφραξιν*, IV. 2. 25 quod est rarum vocabulum, bonis scriptoribus alienum.

His exemplis, quae augeri facile possunt, satis demonstratur, proprium id esse Xenophontei stili, quod ubi primum in oratione altius coepit spirare, statim arripit minus usitata verba, quibus elegantiam prodere oratorisque munus explere studeat. Glossis enim cum eisdem usus sit, quas etiam a rhetoribus splendoris

causa viderat esse quaesitas, cumque ita eas usurparit, ut ornandi studium latere non possit, manifestum fit, Xenophontem in eligendis verbis pressisse persaepe rhetorum vestigia, versicoloremque ejus verborum varietatem copiamque non ex ingenii natura et simplicitate scribendi inscia esse ortam, sed consilio studioque acquisitam et auctam.

Alterum rhetorum subsidium diximus esse vocabula composita, quae gravi orationis generi maxime conveniunt[4]). In his quoque Xenophontem audaciorem esse videmus, quippe qui interdum ea sit usus licentia, quam Graecis magis concessam esse Quintilianus (Inst. orat. VIII, 3, 30) docet; nam proprio arbitrio fingit nomina. Componuntur verba cum praepositionibus ut *ἐπαναθεᾶσθαι, καταθωρακίζειν, μεταζευγνύναι, προςδιαπράττειν, συνεπιπονεῖν* cet.; vel substantiva junguntur cum verbo ut *νυκτοφυλακεῖν, νυκτοπορεῖν, ἀριοσιτεῖν, ἀλφιτοσιτεῖν;* tum etiam alia cum aliis vocabula consociantur ut *εὐμίσητος, ἀσυγκόμιστος, μεσόλευκος, αὐτογνωμονεῖν, μονοσιτεῖν, βραχυγνώμων, βραχύδρομος, ἀχυροδόκη* etc.

At dixerit quis ex illius aetatis usu recepta esse illa, quae quod nunc apud Xenophontem primum appareant factum esse litterarum magna ruina, unde pauci supersunt libri. Tamen ab ipso Xenophonte novatum esse puto illud *ἀντεπιμελεῖται* An. III, 1, 16, cuius rei plura exempla habes: *ἀνταναβιβάζειν* Hell. III, 2, 15; *ἀνταναπιμπλάναι* Hell. II, 4, 12; *ἀντεπιστρατεύειν* Hell. IV, 8, 33; *ἀντεπικουρεῖν* Hell. IV, 6, 3; *ἀντευνοεῖν* Cyrop. VIII, 3, 49; *ἀντευποιεῖν* Anab. V, 5, 21.

Porro in eadem oratione An. III, 1, 16 legimus singulariter dictum vocabulum *ἀξιοστρατηγότερος*, quod Dindorfius ita corrigere vult, ut legatur *ἀξιοστρατήγητος*, non minus inauditum vocabulum, quia non cum substantivo componi videatur apud Xenophontem *ἄξιος*, sed cum adjectivo verbali, ut Mem. IV, 4, 10 *ἀξιοτέκμαρτος*, Cyrop. VI, 1, 13 *ἀξιόσκεπτος*, Oec. X, 3, 5 *ἀξιοφίλητος*. Inde illam formam stare non posse putant. Sed tu vide Mem. I, 5, 5 *ἀξιολόγως*, Cyrop. VII, 5, 71 *ἀξιόχρεως* et ib. I, 5, 10 *ἀξιόνικος*. Quid igitur est, cur vocabulo *ἀξιοστράτηγος* offendamur, praesertim cum ratio rhetorica luce clarior appareat?

---

[4]) cf. Blass, Attische Beredsamkeit I, p. 125 ff.

Aliud compositum *μειονεξία*, usurpatum a solo Xenophonte et fictum ab eo fortasse secundum analogiam vocabuli *πλεονεξία*, legimus Cyrop. II, 1, 25; nominis *κρυψίνους* quoque fabricator Xenophon videtur esse (Cyrop. I, 6, 27 et Ages. 11), cujus compositionis exemplum praebebat Odyss. XIII, 322 *ἀγχίνους*.

Metaphoris quoque delectatur Xenophon, quarum selecta quaedam exempla proponam, ut appareat, quam late hoc genus pateat in eius scriptis, quantumque ipse saepe discedat a communi genere dicendi: Cyrop. VIII, 3, 39 *πεινήσας χρημάτων* et idem Conviv. IV, 36; Anab. I, 8, 18 *ἐξεκύμαινέ τι τῆς φάλαγγος*, laudatum jam ab antiquis; Anab. II, 5, 13 *ἐνοχλοῦντα ἀεὶ τῇ ἡμετέρᾳ εὐδαιμονίᾳ;* Anab. II, 5, 18 *ἐφ᾽ ὧν ἔξεστιν ἡμῖν ταμιεύεσθαι* (cf. Cyrop. III, 3, 47; IV, 1, 18; Conv. IV, 41), quem translati verbi usum jam apud Thucydidem invenimus VI, 18; Anab. III, 1, 21 *λελύσθαι μοι δοκεῖ καὶ ἡ ἐκείνων ὕβρις καὶ ἡ ἡμετέρα ὑποψία;* Cyrop. IV, 2, 46 *ὄλβον δὲ ὅλον πειρώμεθα θηρᾶν* ib. II, 4, 10; praeterea verbi *θηρᾶν* vel *θηρεύειν* usus translatus saepius invenitur, ut Mem. II, 6, 8; III, 11, 7; I, 2, 24. — Ceterum metaphora verbi *θηρεύειν* invenitur in oratione ad Demonicum Isocrati propter lascivias deliciasque dicendi abjudicata, § 16 *τὰς ἡδονὰς θήρευε;* idem scriptor etiam alias metaphoras praebet, quas apud Xenophontem crebras vidimus, metaphoras verborum *ἐμποιεῖν* et *ἐμβάλλειν* (Cyrop. I, 6, 19; Oec. XV, 1, cum quibus cf. Plat. Symp. 186 e. Xen. Mem. III, 12, 6; Cyrop. VIII, 7, 23; I, 6, 19) § 8. Figuratus est plerumque huius orationis sermo et hac in re Xenophonteo dicendi generi propior quam Isocrateo.

Poetas imitatus scripsit Conviv. IV, 15 *διὰ γὰρ τὸ ἐμπνεῖν τι ἡμᾶς τοὺς καλοὺς τοῖς ἐρωτικοῖς* cf. Plat. Symp. 179 b *ὃ ἔφη Ὅμηρος μένος ἐμπνεῦσαι* et Hell. VII, 4, 32. Cyrop. II, 3, 8 *ἐκ τοῦ ἴσου νῦν ὁρμᾶσθαι εἰς τὸ ἀγωνίζεσθαι περὶ ἀρετῆς;* et ib. 12: *τὰ ἆθλα τῆς ἀρετῆς ἴσα πρόκειται;* Ages. X, 15 *πρὸς τῷ στόματι τοῦ βίου* et Rep. Laced. X, 1 *τέρμα τοῦ βίου;* Cyrop. VIII, 7, 15 *ἀλλ᾽ ἐπὶ ταῦτα οἰκοδομεῖτε ἄλλα φιλικὰ ἔργα;* ib. V, 1, 16 *τὴν ὄψιν ἐᾶν διατρίβειν;* VIII, 4, 5 *οὐ μέντοι ἀθάνατον τὴν ταχθεῖσαν ἕδραν κατέστησεν;* ib. VI, 4, 1 *ὥστε ἤστραπτε μὲν χαλκῷ, ἤνθει δὲ φοινικίσι πᾶσα ἡ στρατιά;* V, 1, 16 *αἴθεσθαι τῷ ἔρωτι* et Conviv. VIII, 3 *τῷ ταύτης ἔρωτι κατατήκεται.*

Alia translationis luculenta exempla vide: Conviv. IV, 64;

VIII, 19, 16. Mem. III, 5, 18, 25; II, 6, 22; II, 1, 17. Anab. VII, 2, 32.

De similitudinibus, quae metaphoris sunt finitimae, pauca hic dicenda esse arbitror. Quae praeclare quidem ad inferendam rebus lucem repertae non nihil valent ad nitorem magnificentiamque addendam orationi. Epico generi et didactico cum maxime conveniant, non mirum, quod in eis libris potissimum inveniuntur, ubi praecepta dat scriptor, tum etiam in narrationis genere fuso atque tracto. Xenophontis similitudines pleraeque derivantur ab agricultura et a rebus domesticis, nec non a venatione, ut Cyrop. II, 4, 25 sqq. Alia similitudinis exempla vide Conviv. VIII, 25; Cyrop. I, 5, 10 *εἰ δέ τινες ταῦτα ἐκπονήσαντες, πρίν τινα καρπὸν ἀπ' αὐτῶν κομίσασθαι, περιεῖδον αὑτοὺς γήρᾳ ἀδυνάτους γενομένους, ὅμοιον ἔμοιγε δοκοῦσι πεπονθέναι, οἷον εἴ τις γεωργὸς ἀγαθὸς προθυμηθεὶς γενέσθαι καὶ εὖ σπείρων κτλ* cf. Oecon. VIII, 9. — Saepe e mero studio ornandi fluxisse videntur similitudines, velut Hell. III, 2, 28, ubi colore epico narrationem obduci fateberis, quod etiam vocabulo poetico *ἑσμός* indicari mihi videtur, cum in eadem similitudine Oecon. VII, 17 usitatiore vocabulo *σμῆνος* utatur. Eadem stat sententia de similitudinibus, quas legimus Hell. III, 2, 28; Cyrop. V, 1, 24. Nec alio quam ornate dicendi consilio scripsisse mihi videtur Cyrop. V, 4, 6 *δοκεῖν δὲ χρὴ καὶ ὥσπερ εἰς λιμένα ἐκ χειμῶνος προσφέρεσθαι αὐτούς*, nam extra sententiam et epexegetica quasi ratione haec adduntur. Huc pertinet etiam Hell. III, 2, 4 *ὥσπερ ἐν αὐλίῳ σηκασθέντες κατηκοντίσθησαν*, imitatus est scriptor epicum morem narrandi et verisimile est sub oculis ejus esse versatum locum Iliadis VIII, 131 *καί νύ κε σήκασθεν κατὰ Ἴλιον ἠΰτε ἄρνες.* In summa oratores temperant ab usu similitudinum, ne poetico colore offundatur elocutio. Xenophon ergo, cum frequentius eas adhibeat, minime se poeticum stilum vitare ostendit.

Proxima similitudini et immutationi verborum est inversio, quae fit continuatis translationibus et saepe permiscetur similitudinibus. Quae troporum forma, ut ipsa res fert, poetam magis quam oratorem decet. Insigne hujus figurae exemplum est illa Prodici fabula, quam legimus Mem. II, 1, 21 sqq.

Frequens est inversio in libris Oeconomici; ex. gr. proferam I, 20—23; V, 14; VIII, 18—19, 31, 35; nec deest in aliis

scriptis, ut Mem. I, 6, 14 *καὶ τοὺς θησαυροὺς τῶν πάλαι σοφῶν ἀνδρῶν, οὓς ἐκεῖνοι κατέλιπον ἐν βιβλίοις γράψαντες, ἀνελίττων κοινῇ σὺν τοῖς φίλοις διέρχομαι* etc.; ib. II, 1, 11 *μέση τούτων ὁδός, ἣν πειρῶμαι βαδίζειν;* II, 6, 13 *ὅτι Περικλῆς πολλὰς* (sc. *ἐπῳδάς*) *ἐπίσταιτο, ἃς ἐπᾴδων τῇ πόλει ἐποίει αὐτὴν φιλεῖν αὐτόν;* Cyrop. I, 3, 4 *ὑμεῖς δὲ εἰς μὲν τὸ αὐτὸ ἡμῖν σπεύδετε, πολλοὺς δέ τινας ἑλιγμοὺς ἄνω καὶ κάτω πλανώμενοι μόλις ἀφικνεῖσθε ὅποι ἡμεῖς πάλαι ἥκομεν;* ib. II, 2, 24 *ἡ δ' ἀρετὴ πρὸς ὄρθιον ἄγουσα οὐ πανὺ δεινή ἐστιν ἐν τῷ παραυτίκα εἰκῇ συνεπισπᾶσθαι κτλ;* ib. VIII, 2, 22 *ἀλλὰ ἡ εὔκλεια, ὅσῳ ἂν πλείων ῇ, τοσούτῳ καὶ μείζων καὶ καλλίων καὶ κουφοτέρα γίγνεται, πολλάκις δὲ καὶ τοὺς φέροντας αὐτὴν κουφοτέρους παρέχεται;* An. II, 5, 23 *τὴν μὲν γὰρ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τιάραν βασιλεῖ μόνῳ ἔξεστιν ὀρθὴν ἔχειν, τὴν δ' ἐπὶ τῇ καρδίᾳ ἴσως ἂν ὑμῶν παρόντων καὶ ἕτερος εὐπετῶς ἔχοι.* Haec inversio aenigmatis similis, non inopportune vero posita est; nam aperte loqui non audet ~~Clearchus~~. Aliud exemplum Tissaphernes inversionis legitur in elaborata illa Xenophontis oratione, quae extat Anab. III, 1, 21.

Sententia quamquam figurarum numero habenda non est, cum pertineat ad oratoriam supellectilem, silentio praeteriri non debet. Praeterquam quod fidem facit verbis aut bonos oratoris ostendit mores, multum affert ornamenti. Valet de sententia quod de omnibus dicendi subsidiis, ne crebra sit. Cum ad ratiocinandum vel probandum arcessitur, non differt ab illo rhetorum instrumento, quod appellatur locus communis. Non mediocrem sententiarum copiam colligere licet e Xenophontis orationibus, quibus opera sua exornavit. Conferantur, quaeso, ei Cyri Institutionis loci, ubi loquitur de officiis imperatoris, quos longum est describere omnes. Proferam hos: Cyrop. II, 1, 11 *ἄρχοντος γάρ ἐστιν, οὐχ ἑαυτὸν μόνον ἀγαθὸν παρέχειν, ἀλλὰ δεῖ καὶ τῶν ἀρχομένων ἐπιμελεῖσθαι ὅπως ὡς βέλτιστοι ἔσονται.* Hoc est manifestum rhetoris artificium, cum sententia terminatur oratio aut orationis pars; nam in clausulis praecipue ponuntur sententiae. Cyrop. III, 3, 38 *ὁ μὲν γὰρ δυνάμενος ἐν τῷ τοιῷδε καὶ ἄλλους βελτίους ποιεῖν εἰκότως ἂν ἤδη καὶ ἑαυτῷ συνειδείη τελέως ἀγαθὸς ἀνὴρ ὤν;* Cyrop. V, 5, 46 *ἀλλὰ ὥσπερ καὶ ὅταν μάχεσθαι δέῃ, ὁ πλείστους χειρωσάμενος ἀλκιμώτατος δοξάζεται εἶναι, οὕτως καὶ ὅταν πεῖσαι δέῃ, ὁ πλείστους ὁμογνώμονας ἡμῖν ποιήσας οὗτος δικαίως ἂν λεκτικώτατος καὶ πρακτικώτατος κρίνοιτο*

ἂν εἶναι; Cyrop. III, 2, 4 *ἀνθρωπίνῃ δὲ προθυμίᾳ εἰς τὸ πραχθῆναι ταῦτα οὐδὲν οὕτω μέγα σύμμαχον ἂν γένοιτο ὡς τάχος:* Cyrop. IV, 2, 26 *ἐκεῖνο δὲ χρὴ γνῶναι ὅτι οὐδέν ἐστι κερδαλεώτερον τοῦ νικᾶν;* Cyrop. VI, 2, 29 *ἡ γὰρ κατὰ μικρὸν παράλλαξις πᾶσαν ποιεῖ φύσιν ὑποφέρειν τὰς μεταβολάς;* ib. VI, 2, 33 *ὁ γὰρ λόγχην ἀκονῶν ἐκεῖνος καὶ τὴν ψυχὴν παρακονᾷ κτλ;* Cyrop. VII, 5, 76 *μέγα μὲν γὰρ οἶμαι ἔργον καὶ τὸ ἀρχὴν καταπρᾶξαι, πολὺ δ' ἔτι μεῖζον τὸ λαβόντα διασώσασθαι;* ib. VII, 5, 82 *οὐ γὰρ τὸ μὴ λαβεῖν τὰ ἀγαθὰ οὕτω γε χαλεπόν, ὥσπερ τὸ λαβόντα στερηθῆναι λυπηρόν;* Ib. VIII, 2, 5 *ἀδύνατον οὖν πολλὰ τεχνώμενον ἄνθρωπον πάντα καλῶς ποιεῖν;* An. I, 9, 23 *φίλους δὲ καλῶς κεκοσμημένους μέγιστον κόσμον ἀνδρὶ νομίζοι;* Ib. II, 1, 4 *τῶν γὰρ μάχῃ νικώντων καὶ τὸ ἄρχειν ἐστί.*

Cetera vide Cyrop. II. 4, 10; IV, 5, 28; VII, 2, 13; VII, 5, 80; VIII, 1, 1; VIII, 4, 32; VIII, 7, 13; 21; An. III, 1, 38.

Alia leguntur Cyrop. IV, 5, 8; VII, 5, 73; An. VII, 7, 36; III, 1, 42; VII, 7, 24, 41; III, 2, 39; II, 5, 5; Hell. V, 2, 18; V, 3, 7; VII, 1, 32; VII, 3, 12; VII, 4, 32; VI, 4, 23 (ad quem locum cf. An. III, 2, 11); Hell. V, 1, 17; VI, 3, 5; IV, 8, 4; VI, 1, 9; VI, 3, 5; VII, 1, 4; VI, 3, 10.

Illae sententiae maxime idoneae mihi videntur esse ad cognoscendam Xenophontis indolem. Virum declarant esse probum et honestum confidentem pulchre dictis.

Claudat troporum seriem circuitus loquendi, qui, cum inter tropos numeretur et simul ornatum quaerat in copia verborum, ducet nos ad quartam speciem generis dicendi frigidi, frequentationem verborum. Circuitus exempla nonnulla, quae consilio et studio ornandi parata esse videntur, haec sunt: Hell. IV, 1, 7 *ὥστε φυγάδας ἁπάσης τῆς χώρας πεποίηκε* i. e. *πεφυγάδευκε* vel *ἀπεστέρηκε.* Cyrop. II, 3, 15 *εἰς ἔριν ὁρμᾶσθαι* pro *ἐρίζεσθαι.* Cyrop. IV, 2, 46 *τὰ πάντα νῦν ἀκμάζει ἐπιμελείας δεόμενα* i. e. *μάλιστα δεῖται;* Cyrop. VI, 4, 6 *κοινῇ γῆν ἐπιέσασθαι* i. e. *ταφῆναι;* Ages. XI, 5 *τῇ τῶν θεῶν κατασκευῇ* i. e. *ὥραις;* Hell. VI, 4, 23 *ἐκγενέσθαι τοῦ ζῆν* i. e. *ἀποθνήσκειν;* Cyrop. VIII, 7, 14 *ἀπὸ τοῦ ὁμόθεν γενομένου* i. e. *ἀδελφοῦ.*

Illud quoque circuitus genus, quod Antiphontis maxime eiusque discipuli Thucydidis proprium dicas, ut verborum vis solvatur in nomina et verbum substantivum, non raro imitatus est Xenophon, ut in Hieron. III, 3 *λυμαντῆρας τῆς φιλίας εἶναι;* Mem. I,

3, 3 *ἐπαινέτης ἦν;* Oecon. III, 4 *ἀλεξητῆρες εἶναι;* Cyrop. I, 5, 11 *ἀσκηταὶ ὄντες;* Cyrop. II, 3, 12 *Κῦρος ὁ κρίνων ἔσται*[5]).

Hiero VI, 6 *πάντων τῶν ἡδέων λυμεὼν γίγνεται;* Cyrop. VIII, 5, 24 *πεποίηκε εἶναι μειουσίαν* i. e. *μεταλαμβάνοντας* vel *μετεῖναι.*

Frequentatio cum synonymorum tum notionum, quam ab Alcidamante rhetore inter instrumenta pulchre dicendi esse habitam Vahlenus animadvertit (cf. *Alcidamas* l. c.), jam veteribus rhetoribus visa est plurimum conferre ad magnificentiam elocutionis. Itaque et in hac re quid valeat auctoritas rhetorum optime elucet.

Quo in genere ut comparare possimus Xenophontem cum istis rhetoribus, liceat colligere, quae ipsi hujus generis exempla dederunt. Profert Vahlenus ex Alcidamantis oratione de sophistis 21 hoc frequentationis exemplum: *ἀπορίαν ἀνάγκη καὶ πλάνον καὶ ζήτησιν ἐγγίγνεσθαι, καὶ μακροὺς μὲν χρόνους ἐπίσχειν, πολλάκις δὲ τῇ σιωπῇ διαλαμβάνειν τὸν λόγον, ἀσχήμονα δὲ καὶ καταγέλαστον καὶ δυσεπικούρητον καθεστάναι τὴν ἀπορίαν.* Inveniuntur porro § 8 *ἀπορίας καὶ πλάνου καὶ ταραχῆς ἕξει πλήρη τὴν γνώμην,* et 16 *ἀπορίας καὶ θορύβου πλήρη τὴν γνώμην ἔχειν;* 27 *ἀλλ' ὥσπερ εἴδωλα καὶ σχήματα καὶ μιμήματα λόγων,* et *καὶ κατὰ τῶν χαλκῶν ἀνδριάντων καὶ λιθίνων ἀγαλμάτων καὶ γεγραμμένων ζῴων,* et 28 *ἔμψυχός ἐστι καὶ ζῇ καὶ τοῖς πράγμασιν ἕπεται καὶ τοῖς ἀληθέσιν ἀφωμοίωται σώμασιν,* et 30 *ἀποκρύψαι καὶ καταλῦσαι τοὺς λόγους,* et 34 *ἔτι δὲ καὶ τὴν γνώμην εὔλυτον καὶ τὴν μνήμην εὔπορον καὶ τὴν λήθην ἄδηλον καθεστάναι.*

Haec verborum ubertas quam apta sit ostentationi, quis est quin sentiat? Atque ipse rhetorices pater Gorgias, qui profecto nil nisi consilio et studio scripsit, ad hanc opinionem nos ducit. Nonne luxuriatur ille in eius modi cumulis? Eadem enim in eius declamationibus[6]) collegimus; cf. Gorg. Helena 9 *καὶ φρίκη*

---

[5]) Notum illud Thucydideum scribendi genus imitantur loci ut: Anab. IV, 1, 7 *τὸ ὑπερβάλλον τοῦ στρατεύματος;* Hell. II, 3, 47 *τὸ κράτιστον τῆς πόλεως;* Hell. I, 7, 6 *τὸ μέγεθος τοῦ χειμῶνος εἶναι τὸ κωλῦσαν τὴν ἀναίρεσιν* (cf. Blass I, 127, 213).

[6]) Non enim dubito Gorgiae attribuere declamationes, quae sub nomine eius traduntur, Helenam et Palamedem. Qua in re sequor praeter ceteros Fossium et Blassium.

περίφοβος καὶ ἔλεος πολύδακρυς καὶ πόθος φιλοπενθής (similia Alcid. de Soph. 27, 34) et ibidem *ἔθελξε καὶ ἔπεισε καὶ μετέστησεν;* 11 *νῦν δὲ οὔτε μνησθῆναι τὸ παροιχόμενον οὔτε σκέψασθαι τὸ παρὸν οὔτε μαντεύσασθαι τὸ μέλλον;* 17 *πολλοὶ δὲ καὶ ματαίοις πόνοις καὶ δειναῖς νόσοις καὶ δυσιάτοις μανίαις περιέπεσον;* Palam. 3 *εἰ δὲ φθόνῳ καὶ κακοτεχνίᾳ καὶ πανουργίᾳ συνέθηκε;* Epitaph. *ἐν τῷ δέοντι καὶ λέγειν καὶ σιγᾶν καὶ ποιεῖν.* Hel. 17 *οὕτως ἀπέσβεσε καὶ ἐξήλασεν ὁ φόβος τὸ νόημα.*

Neque Plato hoc dicendi ornamentum ignorasse videtur; attamen ubicunque talia inveni, non suo nomine loqui intellexi illum sed aliorum orationes iocose imitari. Itaque, cum in Epitaphio a Socrate in Menexeno relato, illam nominum frequentationem legamus, cum ne Convivii quidem orationes, e quibus Agathonis praeter ceteras splendet luminibus oratoriis, careant hoc ornamento, certum est, a Platone hanc abundantiam cognatorum nominum in artificiorum numero esse habitam. Sic ille in Menexeno 238 a *καὶ οὔτε ἀσθενείᾳ οὔτε πενίᾳ οὔτ᾽ ἀγνωσίᾳ πατέρων;* ib. 240 a *πολλὰ καὶ μεγάλα καὶ μάχιμα γένη;* Sympos. 180 b *καὶ πρεσβύτατον καὶ τιμιώτατον καὶ κυριώτατον εἶναι;* ib. 192 c *ἐκπλήττονται φιλίᾳ τε καὶ οἰκειότητι καὶ ἔρωτι;* et 197 d *ἵλεως ἀγαθοῖς, θεατὸς σοφοῖς, ἀγαστὸς θεοῖς;* Protagoras 338 a *ῥαβδοῦχον καὶ ἐπιστάτην καὶ πρύτανιν;* 337 c *συγγενεῖς τε καὶ οἰκείους καὶ πολίτας ἅπαντας εἶναι;* 324 e *ἀλλὰ δικαιοσύνη καὶ σωφροσύνη καὶ τὸ ὅσιον εἶναι;* 325 a *καὶ παῖδα καὶ ἄνδρα καὶ γυναῖκα;* cf. Gorg. Palam. 25 *μανία μὲν γάρ ἐστιν ἔργοις ἐπιχειρεῖν ἀδυνάτοις, ἀσυμφόροις, αἰσχροῖς,* et ibid. *εἶναι τεχνήεντά τε καὶ δεινὸν καὶ πόριμον.*

Cumulatio notionum apud Antiphontem binis consociatis synonymis fieri solet ut A δ 3 *οὐ γὰρ μηνυτὴς οὐδ᾽ ἐλεγκτὴρ* et B β 1 *οὐχ ὕβρει οὐδ᾽ ἀκολασίᾳ;* raro complectitur terna aut plura nomina, ut Or. I, 27 *μήτ᾽ αἰδοῦς μήτ᾽ ἐλέου μήτ᾽ αἰσχύνης μηδεμιᾶς* et ib. 22 *ἀθέμιτα καὶ ἀνόσια καὶ ἀτέλεστα καὶ ἀνήκουστα.* Nam Antiphon, ut etiam Thucydides, significationem potius notionum, quam ipsam rhetoricam copiam mihi videtur respicere. Neque Lysias creber est in hoc dicendi artificio sive jungit notiones eadem declarantes sive cumulatione sola verborum utitur; cf. Or. 18, 27 *ἐγὼ μὲν οὖν δέομαι καὶ ἀντιβολῶ καὶ ἱκετεύω;* et ib. 6 *οὔτε γένει οὔτε οὐσίᾳ οὔτε ἡλικίᾳ δοκῶν;* et 14, 10 *ἀλλ᾽ ὡς σωθησομένης καὶ μεγάλης ἐσομένης καὶ τιμωρησο-*

μένης; et ib. 29 καὶ οὕτω δεινὰ καὶ πολλὰ καὶ μεγάλα πεποιηκότι. Funebris illa laudatio, quae propter elocutionis magnificentiam Lysiae abjudicata est, complura frequentationis exempla exhibet, cf. § 42 ἤρισαν γνώμῃ καὶ πλήθει καὶ ἀρετῇ; 54 τίς γὰρ ἂν ἢ λόγος ἢ χρόνος ἢ ῥήτωρ; Gorgiae Alcidamantique hoc proximum 55 μετὰ πλείστων γὰρ πόνων καὶ φανερωτάτων ἀγώνων καὶ καλλίστων κινδύνων (cf. Alcid. de Soph. 27, 34); ib. 80 καὶ ἀγῶνες τίθενται ἐπ' αὐτοῖς ῥώμης καὶ σοφίας καὶ πλούτου.

Praeter exspectationem hanc abundantiam verborum vel synonymorum ab Isocrate, declamationum celeberrimo scriptore, raro tantum adhibitam esse vidi, quod eo esse explicandum arbitror, quod castigati purique sermonis auctori haec notionum cumulatio, quae pondere magis quam significatione nominum commovere studet audientes, displicebat. Accedit quod in eo ornatu, qui fit eligendis verbis, Isocrates discedit a Gorgiae schola, quare improbatur a sectatoribus Siculi rhetoris. Quae vero illius ornatus exempla inveni apud Isocratem hic prodam: 18, 55 παράδειγμα μεῖζον ἀδικίας καὶ συκοφαντίας καὶ πονηρίας; ib. 35 χρὴ καὶ συμφέρει καὶ δίκαιον ὑμᾶς etc.; 17, 12 καὶ ταῦτα λέγων καὶ ἀγανακτῶν καὶ δακρύων; 16, 40 τίς εὐδαιμονέστερος ἢ θαυμαστότερος ἢ ζηλωτότερος ἦν τῶν πολιτῶν, δυστυχησάσης δὲ τίς ἐλπίδων μειζόνων ἢ χρημάτων πλειόνων ἢ δόξης καλλίονος ἐστερήθη (cf. Alcid. de Soph. 27, 34; Gorg. Hel. 9; Lys. Epit. 55); 16, 32 ἐπίδειξιν ἐν αὐτῇ ποιουμένους πλούτου καὶ ῥώμης καὶ παιδεύσεως (cf. Lys. Epit. 80, supra cit.); 16, 28 ὃν πάντες ἂν ὁμολογήσειαν καὶ σωφρονέστατον καὶ δικαιότατον καὶ σοφώτατον γενέσθαι; 19, 50 πρῶτον μὲν φιλίαν πρὸς τοὺς καταλιπόντας τὸν κλῆρον παλαιὰν καὶ πατρικὴν καὶ πάντα τὸν χρόνον διατελέσασαν ἔπειτ' εὐεργεσίας πολλὰς καὶ μεγάλας καὶ περὶ δυστυχοῦντας ἐκείνους γεγενημένας[7]).

Attentione dignum esse puto, quod exempla illa in iis potissimum orationibus inveniuntur, a quibus coeperat scribere Isocrates, antequam ad demonstrativum genus se totum contulit.

In omnibus illis exemplis non solum hoc notandum videtur,

---

[7]) Scripsit jam simile quid, qui libellum de Atheniensium republica composuit, non plane abhorrens ille ab aequalium sophistarum studiis politicis et rhetoricis, I, 7: ὅτι ἡ τούτου ἀμαθία καὶ πονηρία καὶ εὔνοια μᾶλλον λυσιτελεῖ ἢ ἡ τοῦ χρηστοῦ ἀρετὴ καὶ σοφία καὶ κακόνοια.

quod cognata consociantur nomina, sed etiam quod terna plerumque solent conjungi. Quod casu factum esse non potest; est igitur etiam numerus in frequentatione notionum respiciendus. Iam Vahlenus (l. c. p. 509) animadvertit Alcidamantem ternis exemplis solere sententiam suam probare, et terna plerumque vidimus etiam ceteros nomina conjungere, epithetis quoque gaudere ternis. Quod studium numeri ternarii apud Xenophontem maxime floret, sed ita ut terna plerumque adiectiva singulis adjungat nominibus. Hoc schema proprium dicas Xenophontis.

Contra illud Gorgiae Alcidamantisque cumulandi schema, quo tribus nominibus suum cuique adjectivum tribuitur, ut fit Hel. 9, Alcid. de Soph. (ex. gr. 34: *ἔτι δὲ καὶ τὴν γνώμην εὔλυτον* etc., cf. Isocr. 16, 40; Epit. Pseudolys. 55), raro est imitatus Xenophon; exstat huius modi fere exemplum Anab. II, 6, 17 *ὄνομα μέγα καὶ δύναμιν μεγάλην καὶ χρήματα πολλά.* Sed plerumque a Xenophonte variatur schema hoc modo: Oecon. 5, 11 *ἢ κτῆμά τι τούτου ἥδιον κέκτηται, ἢ ἐπιμέλειαν ἡδίω τινὰ ταύτης εἴρηκεν ἢ ὠφελιμωτέραν εἰς τὸν βίον,* vel Conviv. V, 3 *οἶδα γὰρ οὖσαν καὶ ἀσπίδα καλὴν καὶ ξίφος καὶ δόρυ;* et ib. 8, 10; vel Memor. IV, 7, 9 *τί βρῶμα ἢ τί πῶμα ἢ ποῖος πόνος* anaphorae quasi figura utitur; Memor. I, 2, 55 *ἐάν τε ὑπὸ πατρὸς ἐάν τε ὑπὸ ἀδελφοῦ ἐάν τε ὑπ᾽ ἄλλου τινὸς βούληται τιμᾶσθαι* (cf. Plato Symp. 178 d *οὔτ᾽ ἂν ὑπὸ πατρὸς ὀφθέντα οὕτως ἀλγῆσαι οὔτε ὑπὸ ἑταίρων οὔτε ὑπ᾽ ἄλλου οὐδενός*) cf. Oecon. IV, 8; Alcid. de Soph. 11, Lys. Or. 18, 6; et Cyrop. V, 2, 34 *ἐκ πολλῶν μὲν γὰρ καὶ κακῶν λόγων ηὐξημένος αὐτοῖς πάρεστιν, ἐκ πολλῶν δὲ καὶ πονηρῶν χρωμάτων, ἐκ πολλῶν δὲ καὶ δυσθύμων τε καὶ ἐξεστηκότων προσώπων ἤθροισται;* et Cyrop. VII, 5, 56 *οὗ οὔτε ὁσιώτερον χωρίον ἐν ἀνθρώποις οὔτε ἥδιον οὔτε οἰκειότερον,* adjectivorum series interpositis vocabulis interrumpitur, qua re levatur cumulationis pondus. Rep. Laced. III, 5 *ἐκείνων γοῦν ἧττον μὲν ἂν φωνὴν ἀκούσαις ἢ τῶν λιθίνων, ἧττον δ᾽ ἂν ὄμματα μεταστρέψαις ἢ τῶν χαλκῶν, αἰδημονεστέρους δ᾽ ἂν αὐτοὺς ἡγήσαιο καὶ αὐτῶν τῶν ἐν τοῖς θαλάμοις παρθένων* (confer cum hoc loco Alcid. de Soph. 28, quae sit discrepantia videbis).

Ceteroqui congruit Xenophon cum ceteris scriptoribus hac usus frequentatione Anab. VII, 7, 46 *ἐμέ ἐδέξω ἡδέως καὶ ὄμμασι καὶ φωνῇ καὶ ξενίοις;* cetera Rep. Lac. V, 9; VI, 1; VIII, 3; Cyrop. VIII, 7, 10 *καὶ ὁδῶν καὶ θάκων καὶ λόγων ὑπείκειν;*

Mem. I, 2, 60 *ἐκεῖνος γὰρ πολλοὺς ἐπιθυμητὰς καὶ ἀστοὺς καὶ ξένους λαβών;* Isocrates XVII, 12; Xen. Anab. V, 6, 28 *λέγων καὶ νοῶν καὶ πράττων;* Mem. III, 5, 21 *οὐχ ὁρᾷς ὅτι κιθαριστῶν μὲν καὶ χορευτῶν καὶ ὀρχηστῶν κτλ;* Cyrop. VII, 5, 75 *οὕτως καὶ ἡ σωφροσύνη καὶ ἡ ἐγκράτεια καὶ ἡ ἀλκή;* Oecon. V, 9 *ποῦ δὲ ἥδιον θερίσαι ὕδασί τε καὶ πνεύμασι καὶ σκιαῖς* (cf. Conviv. II, 16); Mem. IV, 4, 4 *διαλέγεσθαι καὶ κολακεύειν καὶ δεῖσθαι* (cf. Gorg. epitaph. *ἐν τῷ δέοντι καὶ λέγειν καὶ σιγᾶν καὶ ποιεῖν*) cf. Anab. II, 6, 22; Mem. III, 5, 21.

In adjectivis vero cumulandis propria ut dixi laus Xenophontis est, quamquam in hoc genere magis usus frequentia quam rationis differentia ab aequalibus distare videtur. Nam exempla huius modi: Mem. I, 2, 12 *Κριτίας μὲν γὰρ τῶν ἐν τῇ ὀλιγαρχίᾳ πάντων κλεπτίστατός τε καὶ βιαιότατος καὶ φονικώτατος ἐγένετο, Ἀλκιβιάδης δὲ αὖ τῶν ἐν τῇ δημοκρατίᾳ πάντων ἀκρατέστατός τε καὶ ὑβριστότατος καὶ βιαιότατος* vel Mem. II, 6, 12 *ὅτι μικρός τε καὶ αἰσχρὸς καὶ ἀσθενής ἐστιν ἐπαινοίη λέγων ὅτι καλός τε καὶ μέγας καὶ ἰσχυρός ἐστιν* vel Lac. Rep. V, 8 *εὔχροι τε καὶ εὔσαρκοι καὶ εὔρωστοί εἰσιν, οἱ δ᾽ ἄπονοι πεφυσημένοι τε καὶ αἰσχροὶ καὶ ἀσθενεῖς ἀναφαίνονται* (cf. Mem. III, 5, 5) revocant in memoriam Isocr. 19, 50; Athen. remp. I, 7; confer etiam Anab. III, 1, 29 *οὐ νῦν ἐκεῖνοι παιόμενοι, κεντούμενοι, ὑβριζόμενοι οὐδὲ ἀποθανεῖν οἱ τλήμονες δύνανται* cum Gorg. Pal. 25 et Plat. Menex. 197 d; ad Mem. IV, 3, 6 *εὐκατεργαστότερά τε καὶ ὠφελιμώτερα καὶ ἡδίω ποιεῖν αὐτά* cf. Lys. 14, 29; Mem. II, 6, 39 cf. Isocr. 16, 40; porro haec exempla Mem. IV, 1, 3 *ἀναγώγους δὲ γιγνομένας ματαίους τε καὶ μανιώδεις καὶ δυσπειθεστάτας;* ib. IV, 5, 12 *ἐκ τούτου γὰρ γίγνεσθαι ἄνδρας ἀρίστους τε καὶ ἡγεμονικωτάτους καὶ διαλεκτικωτάτους;* Anab. VII, 7, 24 *ματαίους καὶ ἀδυνάτους καὶ ἀτίμους τοὺς λόγους;* Cyrop. III, 52 *ταπεινὸς καὶ ἀλγεινὸς καὶ ἀβίωτος ὁ αἰὼν ἐπανακείσεται;* ib. III, 1, 19 *ὥσπερ ἄν τις τυφλοὺς καὶ κωφοὺς καὶ μηδ᾽ ὁτιοῦν φρονοῦντας ἐξαπατήσειεν;* Ages. V, 5 *κάλλιστός τε καὶ ἰσχυρότατος καὶ τάχιστος ἀνθρώπων* conferes cum Alcid. d. soph. 21, Gorg. Pal. 25, Isocr. 16, 28 et Mem. III, 5, 5.

Carolus Schenkl disputans de Mem. l. IV capite 8 (Xenophontische Studien, Wiener Sitzungsberichte 1875, V. 80, p. 138), quod spurium esse contendit, maxime offenditur verbis *τήν τε δίκην πάντων ἀνθρώπων ἀληθέστατα καὶ ἐλευθεριώτατα καὶ*

δικαιότατα εἰπών. Ea esse interpolatoris cujusdam verba exaggerare omnia cupientis. Quibus verbis comparatis cum exemplis, quae protuli, quis est, qui Xenophonti huius modi dicendi genus audeat abjudicare?

Cum hoc ternario artificio gradatio quaedam conjungitur velut Hell. VI, 2, 9 *ἔτι δὲ κεῖσθαι τὴν Κέρκυραν ἐν καλῷ μὲν τοῦ Κορινθιακοῦ κόλπου καὶ τῶν πόλεων, αἳ ἐπὶ τοῦτον καθήκουσιν,* | *ἐν καλῷ δὲ τοῦ τὴν Λακωνικὴν χώραν βλάπτειν,* | *ἐν καλλίστῳ δὲ τῆς τε ἀντιπέραν Ἠπείρου κτλ.*

Cyrop. I, 6, 17 *ὡς χαλεπὸν μὲν καὶ ἕνα ἄνθρωπον ἀργὸν τρέφεσθαι,* | *πολὺ δ᾽ἔτι χαλεπώτερον, ὦ παῖ, οἶκον ὅλον,* | *πάντων δὲ χαλεπώτατον στρατιὰν ἀργὸν τρέφειν.*

An. II, 5, 9 *πᾶς δὲ ποταμὸς δύσπορος, πᾶς δ᾽ὄχλος φοβερός, φοβερώτατον δ᾽ἐρημία.*

Restat, ut de synonymorum usu breviter disputemus. Exemplis enim jam supra demonstratum est, qua ratione ad vim orationi inferendam adhiberentur. Oritur nunc altera quaestio, num in distinguenda notionum significatione profecerit aliquid Xenophon e Prodici studiis. Quod ut intellegamus, primum inspiciamus Prodici de Hercule fabulam (relatam a Xenophonte Mem. II, 1, 21 sqq.), quae Prodiceae dictionis specimen praebere nonnullis visa est (cf. Becker l. c. p. 41). Qua de re utrum recte judicaverint viri docti an falso, postea videbimus, sed hoc vel minus attentum lectorem fugere non potest, cognatis nominibus abundare narrationem. Quorum cum frequentissimus sit usus in hac una narratione, consulto et cogitate id esse factum a Xenophonte putamus, ut imitaretur proprietatem quandam Prodiceae artis. In verbis non in sententiis eam esse sitam ipse mihi videtur indicare: *ἐκόσμησε μέντοι τὰς γνώμας ἔτι μεγαλειοτέροις ῥήμασιν ἢ ἐγὼ νῦν* (Mem. II, 1, 34). Blassii igitur de hujus fabulae elocutione opinio (cf. Blass, Att. Beredsamkeit I², 31 sq.) ita corrigenda est, ut affirmemus, magnificentiam eloquendi et synonymorum ubertatem Prodici fuisse propriam; haec a Xenophonte imitatione esse expressa, cetera vero ornamenta proprio arbitrio esse addita, quod declamationi sophistae necesse esse viderentur. Praeterea facile est ad credendum, a Xenophonte auditum esse antea sophistam suum opus declamantem (cf. Mem. II, 1, 21 *ὅπερ δὴ καὶ πλείστοις ἐπιδείκνυται*).

Sed exemplis est illustrandum, quomodo suam ipse orationem synonymorum distinctione exornaverit Xenophon. Mem. II, 1, 22 legimus *κατασκοπεῖσθαι δὲ θαμὰ ἑαυτὴν, ἐπισκοπεῖν δὲ καὶ εἴ τις ἄλλος αὐτὴν θεᾶται, πολλάκις δὲ καὶ εἰς τὴν ἑαυτῆς σκιὰν ἀποβλέπειν*; 24 *τερφθείης, ἡσθείης, εὐφρανθείης*; 25 *τὸ πονοῦντα καὶ ταλαιπωροῦντα*; 26 *καλεῖν* et *ὀνομάζειν*; — 28 *τοὺς φίλους εὐεργητέον — τὴν πόλιν ὠφελητέον*; 30 *μηχανᾶσθαι* et *παρασκευάζειν*; 32 *ἀγαπητὴ μὲν συνεργὸς τεχνίταις, πιστὴ δὲ φύλαξ οἴκων δεσπόταις, εὐμενὴς δὲ παράστατις οἰκέταις, ἀγαθὴ δὲ συλλήπτρια τῶν ἐν εἰρήνῃ πόνων, βεβαία δὲ τῶν ἐν πολέμῳ σύμμαχος ἔργων, ἀρίστη δὲ φιλίας κοινωνός*; sexies opitulandi notio proponitur, sed ita semper ut non plane idem significetur et suum cuique sententiae addatur nomen, quod transponi salva elegantia non potest[8]).

Atque in illis tribus verbis *τέρπειν, ἥδεσθαι, εὐφραίνεσθαι* discrepantiam significationis statuere possumus; *ἥδεσθαι* eadem usurpatur significatione quam definitam legimus a Prodico apud Platonem (Protagoras 337 c) *ἥδεσθαι δὲ ἐσθίοντά τι ἢ ἄλλο ἡδὺ πάσχοντα αὐτῷ τῷ σώματι*; refertur *εὐφραίνεσθαι* ad delectamenta mentis animique, quae Xenophon inesse etiam *τοῖς παιδικοῖς ὁμιλοῦσιν* vult, nam cum verbo *εὐφραίνεσθαι* plerumque animi affectionem designare solet, ut Cyrop. VII, 5, 42 *μετὰ τῶν φίλων εὐφραίνεσθαι*; Cyrop. VIII, 7, 12 *τῷ εὐφραίνεσθαι πολλὰς ἀσχολίας παρέχει* et ib. 7 *οὐκ εἴα με μέγα φρονεῖν οὐδ' εὐφραίνεσθαι ἐκπεπταμένως*; Hiero II, 15 *ὡς δ' εὐφραίνονται τὴν πόλιν νομίζοντες ηὐξηκέναι*; Hiero I, 15 *ἢ τοὺς ἐπαινοῦντας τί δοκεῖς εὐφραίνειν.* Conviv. III, 2 *συνόντες ὠφελεῖν τι ἢ εὐφραίνειν ἀλλήλους.* Cf. Hell. IV, 1, 33; Cyrop. VIII, 3, 44 *ἥδεσθαι χρήμασιν. τέρπειν* de audiendo et videndo dicitur, ut Conviv. III, 2.

Proferemus nonnulla alia exempla quae studium notionis distinguendae produnt, ut Memor. II, 6, 35 *ἐπί τε τοῖς καλοῖς ἔργοις τῶν φίλων ἀγάλλει οὐχ ἧττον ἢ ἐπὶ τοῖς σαυτοῦ καὶ ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς τῶν φίλων χαίρεις οὐδὲν ἧττον ἢ ἐπὶ τοῖς σαυτοῦ. ἀγάλλομαι* et *χαίρω,* utrumque animi voluptatem designat, sed

---

[8]) Mihi persuasum est, ad Xenophontem saepe ea transferri posse quae Blassius II, 125 extr. de Isocratis elocutione scripsit (zunächst bloss um der Abwechslung willen; aber soviel Unterschied ist doch da, und derselbe ist so gewahrt, dass sie nicht (die Synonyma) ihre Plätze ohne Nachtheil tauschen könnten).

gloriamur bene factis, gaudemus vero, cum aliquid prospere evenit.

Mem. III, 4, 8 *τὸ μὲν τοὺς ἀρχομένους κατηκόους τε καὶ εὐπειθεῖς ἑαυτοῖς παρασκευάζειν* — 9 *τὸ δὲ ὑπηκόους εὐμενεῖς ποιεῖσθαι κτλ.* Distinguit inter *κατήκοος* et *ὑπήκοος* — *κατήκοοι μὲν ἄρχονται, ὑπήκοοι δὲ πείθονται* — illos decet esse *εὐπειθεῖς*, hos *εὐμενεῖς*, illis necessitatem, his voluntatem obtemperandi inicere necesse est. Cf. Mem. II, 4, 11 *λυσιτελές τε καὶ κερδαλέον* — quibus opponitur *ἀλυσιτελές τε καὶ ζημιῶδες* — porro ib. *ζητήσει καὶ παρασκευάσεται.* Mem. III, 5, 18 *πείθεσθαι* — *ὑπηρετεῖν*, ib. II, 6, 33 *φιλεῖν* et *καταφιλεῖν.* Mem. I, 1, 14 *τιμᾶν* et *σέβεσθαι.* Accedit ad hoc, quod altero vocabulo prius vocabulum explicatur quodam modo et expletur, ex. gr. Mem. II, 1, 25 *τι πονοῦντα καὶ ταλαιπωροῦντα τῷ σώματι* — verbo *ταλαιπωρεῖν* aliquid additur sententiae, quo explicetur *τὸ πονεῖν* luxurioso homini idem esse atque *ταλαιπωρεῖν*; et Mem. III, 5, 21 *σωφρονεῖν τε καὶ εὐτακτεῖν καὶ πειθαρχεῖν* etc. Cyrop. VII, 5, 74 *ὅτι εἰ μὲν τρεψόμεθα ἐπὶ ῥᾳδιουργίαν καὶ τὴν τῶν κακῶν ἀνθρώπων ἡδυπάθειαν, οἳ νομίζουσι τὸ μὲν πονεῖν ἀθλιώτατον, τὸ δὲ ἀπόνως βιοτεύειν ἡδυπάθειαν*; et ib. 82 *οὐ γὰρ τὸ μὴ λαβεῖν τἀγαθὰ οὕτω γε χαλεπόν, ὥσπερ τὸ λαβόντα στερηθῆναι λυπηρόν*; et ib. 85: *ἐγώ τε ὑμᾶς κατανοῶν θεάσομαι καὶ οὓς ἂν ὁρῶ κτλ.* Cyrop. II, 1, 15 *τὰ σώματά τε οὐδὲν ἡμῶν χείρονα ἔχετε ψυχάς τε οὐδὲν κακίονας ὑμῖν προσήκει*; et ib. 17 *κράτους τε, ὃ πάντα τὰ τῶν ἡττόνων τοῖς κρείττοσι δωρεῖται*, ad illam alliterationem verborum *κράτους* et *κρείττοσι* etymologica videtur ratione ductus esse. Cyrop. II, 3, 11 *ἡμεῖς δὲ ἐπίπονον μέν, ἄτιμον δὲ (βίον), ὅσπερ, οἶμαι, χαλεπώτατος.* Cyrop. II, 3, 14 *τὸ τῶν ὅπλων φόρημα πτεροῖς μᾶλλον ἐοικέναι ἢ φορτίῳ.* Hell. II, 4, 1 *φεύγειν* et *ὑποχωρεῖν.* Cyrop. V, 5, 46 *δοξάζειν* et *κρίνειν.* Cyrop. VI, 2, 33 *ὁ τὴν λόγχην ἀκονῶν τὴν ψυχήν τι παρακονᾷ.* Oecon. V, 17 *ὃς ἔφη τὴν γεωργίαν τῶν ἄλλων τεχνῶν μητέρα καὶ τροφὸν εἶναι.* Cyrop. IV, 3, 19 *οὐδέν ἐστι κερδαλεώτερον τοῦ νικᾶν, ὁ γὰρ κρατῶν.*

Loci Mem. I, 1, 10 *οὐδὲν ἀσεβὲς οὐδ' ἀνόσιον* — vel Mem. II, 4, 11 *ἀλυσιτελές τι καὶ ζημιῶδες* — Antiphontis scribendi morem in memoriam revocant, qui cognata nomina ut *ὅσιον καὶ δίκαιον, ἀδίκως καὶ ἀθέως* conjungere solet.

Quam viam ipse et Thucydides in adhibendis synonymis

sequantur, licet cognoscere e Beckeri dissertatione, quae de hac re multa et luculenta exempla prodidit. Ita illud *συλλήπτωρ καὶ κοινωνός* (Antiph. tetralog. B γ 10) comparatur cum Xenophontis Mem. II, 1, 32, quem locum supra (p. 21) illustravi. Apud illos autem idem saepenumero usu venit, quod apud Xenophontem observamus, notionum varietati potius quam distinctioni operam dari. Nulli enim alio consilio quam variandi cupiditati tribuo haec: Conviv. IV, 35 *ὁρῶ* — *οἶδα* — *αἰσθάνομαι* et ib. VIII, 39; *σκεπτέον* — *ἀθρητέον* — *ἐρευνητέον;* Cyrop. III, 3, 53 *νομίζειν* et *ἡγεῖσθαι.*

Definitionis exemplum legimus Oecon. VI, 4, sed referendum est non ad Prodicea studia, sed ad Socraticam ratiocinationem. Etiam illa Homeri verborum interpretatio, quae legitur Conviv. 8, 30 scholae more mihi videtur esse facta. Attamen nascitur ex hac interpretatione quaestio quaedam etymologica, quae non differt a Platonis etymologicis quaestionibus. Huius autem studium veriloquiorum pendere e Prodici studiis Duemmlero probabile esse videtur (p. 158). Quo verisimile fit cognosse etiam Xenophontem huius modi scientiam. Etymologicae autem quaestionis exemplum hoc dedit Xenophon l. c.: Nomen *Γανυμήδης* scinditur in duas partes, quarum prior derivatur e verbo Homerico *γάνυμαι, delector*, altera e vocabulo *μῆδος*, *consilium; γάνυμαι* autem idem est atque *ἥδομαι,* cujus verbi cum adjectivo *ἡδύς* affinitas pro certo habetur; *μῆδος* voce *βούλευμα* explicatur; *Γανυμήδης* ergo is est, qui dulcia sive pulchra habet consilia et vertendus est sermone saeculi quarti *ἡδυγνώμων.*

Non puto Xenophontem haec joci gratia retulisse *ὡς παίγνιον,* sed illa gravitate qua pleraque refert; abest enim ab eo Platonica illa cavillatio subtilisque irrisio, quae legentem persaepe fallit[9]).

Expositis, quae de verborum delectu et significatione, de sermone translato figuratoque erant dicenda, judicium de Xenophontis studiis rhetoricis, quae pertinent ad hanc partem elocutionis, hoc ferimus: etsi certa constitutaque consuetudo scribendi nusquam appareat, multa tamen non ingenio nativo nata, sed aequalium rhetorum vel scriptorum imitatione formata esse; in nonnullis rebus, velut poetici sermonis usu et ternarii numeri amore, eum superasse et exaggerasse videri aequalium usum.

[9]) Dissertatio C. P. Schulzii, Quaestiones grammaticae ad Xenophontem pertinentes, Progr. des Friedrich Werder. Gymn. Berlin, absoluto opere mihi innotuit.

B. De ornatu verborum collocatorum sive de figuris.

Iam inspiciamus, quae didicerit a rhetoribus in altera elocutionis parte, quae constat praecipue collocatione verborum.

Proponam primum tabellam figurarum, quae a rhetoribus maxime commendabantur. Figurae elocutionis (σχήματα λέξεως):

a) figurae ornantes (Gorgiea schemata).
 Parisosis (prope aequatum);
 Paromoeosis;
 Paronomasia (alliteratio totius fere verbi);
 Parechesis (alliteratio singularum litterarum);
 Homoeoteleuton (similiter desinens);
 Antithesis (contrapositum);
 Chiasmus;
 Isocolon (compar);

b) figurae concitantes:
 Anaphora (repetitio);
 Antistropha (conversio);
 Anastropha (regressio);
 Symploce (complexio);
 Asyndeton;
 Polysyndeton.

Has figuras invenies omnes in Xenophontis operibus. Demonstravit hoc jam Wissmannus in dissertatione quam scripsit: De genere dicendi Xenophonteo (Giessae 1888), qui ita quaestionem instituit suam, ut singulas figuras excerperet, in ordinem redigeret, computaret statistica illa ratione, qua Dittenbergerus et qui eum secuti sunt particularum numeros excutere solent. Quae ratio, ut probanda sit in illa quaestione particularum, in nostro labore, qui in figurarum usu versatur, plane inutilis est ac perversa. Igitur secretas ab orationis contextu figuras componere vel computare nefas duxi, in ipsius sermonis conexu eas contemplabor, ut consilium scriptoris, quantum fieri possit, perspiciatur. Nam hanc solum figuram esse statuendam cognovi, quae sit consulto quaesita; quod, nisi in contextu figuras inspicies, statuere non poteris. Figurarum igitur usum et species, periodorum structuram et quae praeterea observatione digna videntur persequar, hoc semper animo tenens, ut quantum valuerit auctoritas rhetorum patefaciam. Id autem melius fieri non potest quam si initium

capimus ab ipso patre elocutionis rhetoricae, Gorgia Leontino, cujus vestigia nunc frequentius deprehendere licet.

Cognovisse enim Xenophontem studia Gorgiae ex ipsius verbis intellegimus, quae leguntur Conviv. 2, 26 *ἢν δὲ ἡμῖν*, ait Socrates, *οἱ παῖδες μικραῖς κύλιξι πυκνὰ ἐπιψακάζωσιν, ἵνα καὶ ἐγὼ ἐν Γοργιείοις ῥήμασιν εἴπω, οὕτως οὐ βιαζόμενοι ὑπὸ τοῦ οἴνου [μεθύειν]*[10]) *ἀλλ' ἀναπειθόμενοι πρὸς τὸ παιγνιωδέστερον ἀφιξόμεθα.*

Ex his verbis intellegimus, quid sentiat Xenophon de Gorgieis schematis. Quodsi *Γοργίεια ῥήματα* a viris doctis ad verbum obsoletum *ἐπιψακάζειν* tantum referuntur, artioribus finibus haec circumscribi volunt, immo toto loco *γοργιάζειν* mihi videtur Socrates. Bis contraria contrariis refert, *μικραῖς κύλιξι πυκνά*, ubi verba sibi opposita *μικραῖς* et *πυκνά* non nisi consulto juxta ponuntur et *οὐ βιαζόμενοι, ἀλλ' ἀναπειθόμενοι.* Praeterea sunt qui hujus modi versiculum *Γοργιείοις ῥήμασιν εἴπω* casu excidisse non facile credant. Quidquid id est, studium indicatur putide et cum ostentatione eloquendi. Ceterum totus Socratis ille sermo rhetoricam spirat artem.

Paria paribus referuntur Gorgiae more Mem. I, 1, 5 *καὶ τοῖς μὲν πειθομένοις αὐτῷ συνέφερε, | τοῖς δὲ μὴ πειθομένοις μετέμελε.* Itaque non adsentimur Hirschigio (Philol. 4, 362) affirmanti participium *πειθομένοις* repetitum non esse ferendum, immo dicemus repeti participium non aliam ob causam quam ut schema fiat. Satis multa exempla hujus modi schematis in proximis videbimus. Cf. ex. gr. Cyrop. VIII, 1, 2 *τίς ἂν πόλις πολεμία ὑπὸ μὴ πειθομένων ἁλοίη; τίς ἂν φιλία ὑπὸ μὴ πειθομένων διαφυλαχθείη;* colligam hoc loco nonnulla alia et luculenta exempla Gorgieae elocutionis.

Mem. I, 1, 14 *τοὺς μὲν οὐδὲ τὰ δεινὰ δεδιέναι, | τοὺς δὲ καὶ τὰ μὴ φοβερὰ φοβεῖσθαι;* ib. 1, 2, 10 *οἱ μὲν γὰρ βιασθέντες | ὡς ἀφαιρεθέντες μισοῦσιν, || οἱ δὲ πεισθέντες | ὡς κεχαρισμένοι φιλοῦσιν.* || Ib. I, 2, 14 *ᾔδεσαν δὲ Σωκράτην | ἀπ' ἐλαχίστων μὲν*

---

[10]) Inclusi verbum *μεθύειν* cum Orellio. Opponuntur sibi *βιαζόμενοι* et *ἀναπειθόμενοι*, quae referuntur ad *πρὸς τὸ παιγνιωδέστερον.* Namque sic verto: „Non coacti vino sed convicti ad jocum perveniemus“. Nam ebrius homo etiam invitus quodammodo hilaritati lascivae sese dedit, qui vero modice bibit, is decenter jocatur. Illud *μεθύειν* glossema est quo explicentur verba *βιαζόμενοι ὑπὸ τοῦ οἴνου.*

χρημάτων αὐταρκέστατα ζῶντα ‖ *τῶν ἡδονῶν δὲ πασῶν ἐγκρατέστατον ὄντα.*

Gorgiea paronomasia apparet Oec. V, 1 *καὶ οἴκου αὔξησις* | *καὶ σωμάτων ἄσκησις* ‖ .

Mem. I, 2, 22 *ὁρῶ δὲ* | *καὶ τοὺς εἰς φιλοποσίαν προαχθέντας* | *καὶ τοὺς εἰς ἔρωτας ἐκκυλισθέντας* ‖ *ἧττον δυναμένους* | *τῶν τε δεόντων ἐπιμελεῖσθαι* | *καὶ τῶν μὴ δεόντων ἀπέχεσθαι* ‖ ;

et ib. 23:

a) *πῶς οὖν οὐκ ἐνδέχεται σωφρονήσαντα πρόσθεν* |

b) *αὖθις μὴ σωφρονεῖν;* ‖

a) *καὶ δίκαια δυνηθέντα πράττειν* |

b) *αὖθις ἀδυνατεῖν;* ‖

Ib. III, 13, 5 *καὶ ἐκεῖσε πορευόμενος* | *περιπατήσας ἀριστήσεις* | *περιπατήσας δειπνήσεις* | *καὶ ἀναπαύσει.* ‖ Nonne alterum participium *περιπατήσας* etiam hoc loco supervacaneum esse videtur? Attamen non reformidabat Xenophon a repetitione, ut scriberet aliquid schemati simile.

Mem. IV, 4, 10 (antithesis et parison) *δίκαια μὲν γὰρ λέγοντες πολλοὶ ἄδικα ποιοῦσι,* | *δίκαια δὲ πράττων οὐδ' ἂν εἷς ἄδικος εἴη* et ib. 16 et 17 *ἄνευ δὲ ὁμονοίας οὔτ' ἂν πόλις εὖ πολιτευθείη* | *οὔτ' οἶκος καλῶς οἰκηθείη.* ‖ *ἰδίᾳ δὲ πῶς μὲν ἄν τις ἧττον ὑπὸ πόλεως ζημιοῖτο,* | *πῶς δ' ἂν μᾶλλον τιμῷτο* | *ἢ εἰ τοῖς νόμοις πείθοιτο.* ‖

Hell. VI, 5, 42 *ἐπαίνου μὲν ὀρεγόμενοι,* | *αἰσχρῶν δ' ἔργων ἀπεχόμενοι* ‖ .

Cyrop. V, 5, 24 *τὴν μὲν σὴν χώραν αὐξανομένην ὁρᾷς,* | *τὴν δὲ τῶν πολεμίων μειουμένην* ‖ .

Cyrop. I, 6, 11 *ᾗ ἔστι μὲν φίλους εὖ ποιοῦντα* | *ἀντωφελεῖσθαι* ‖ *ἔστι δὲ ἐχθροὺς ἔχοντα* | *πειρᾶσθαι τίσασθαι* ‖ Isocolon.

Paronomasia et antithesis: Cyrop. I, 6, 13 *καὶ τῇ ὑμῶν εἰς ἐμὲ εὐνοίᾳ* | *καὶ τῇ τῶν πολεμίων ἀνοίᾳ* ‖ .

Cyrop. VIII, 7, 14 *οἱ δ' ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σπέρματος φύντες καὶ ὑπὸ τῆς αὐτῆς μητρὸς τραφέντες* ‖ .

Cyrop. I, 6, 6 *ἔφησθα εἰκὸς εἶναι* | *παρὰ θεῶν ἀτυχεῖν* | *καὶ παρὰ ἀνθρώπων ἀπρακτεῖν* ‖ .

An. II, 5, 21 *δι' ἐπιορκίας τε πρὸς θεοὺς* | *καὶ ἀπιστίας πρὸς ἀνθρώπους* ‖ .

Mem. I, 2, 25 *ὠγκωμένω δ' ἐπὶ γένει* | *ἐπηρμένω δ' ἐπὶ πλούτῳ* | *πεφυσμένω δ' ἐπὶ δυνάμει* ‖ .

An. VII, 7, 28 *ὅσῳπερ χαλεπώτερον ἐκ πλουσίου πένητα γενέσθαι* | *ἢ ἀρχὴν μὴ πλουτῆσαι* ‖ *καὶ ὅσῳ λυπηρότερον ἐκ βασιλέως ἰδιώτην φανῆναι* | *ἢ ἀρχὴν μὴ βασιλεῦσαι* ‖ .

Cyrop. VII, 5, 81 *ὡς πεινήσας τῶν ἡδίσιων σίτων τεύξεται* | *καὶ διψήσας τῶν ἡδίστων ποτῶν ἀπολαύσεται* | *καὶ δεηθεὶς ἀναπαύσεως ἥδιστον ἀναπαύσεται* ‖ .

Cyrop. III, 3, 53 *τοὺς μὲν ἀγαθοὺς καὶ εὐκλεεῖς* | *εὐδαιμονεστάτους τῷ ὄντι νομίζειν* ‖ *τοὺς δὲ κακοὺς καὶ δυσκλεεῖς* | *ἀθλιωτάτους ἁπάντων ἡγεῖσθαι* ‖ .

Ib. III, 3, 52 *δι' ὧν τοῖς μὲν ἀγαθοῖς ἔντιμος καὶ ἐλευθέριος ὁ βίος παρασκευασθήσεται* | *τοῖς δὲ κακοῖς ταπεινός τε καὶ ἀβίωτος ὁ αἰὼν ἐπανακείσεται* ‖ .

Hell. V, 2, 33 *ἑωρᾶτε γὰρ ἀεὶ τούτους* | *τοῖς μὲν ὑμετέροις δυσμενέσι φιλικῶς ἔχοντας* | *τοῖς δ' ὑμετέροις φίλοις ἐχθροὺς ὄντας* ‖ .

Hell. II, 3, 33 *ὅσπερ γε μὴν φανερός ἐστι* | *τοῦ μὲν πλεονεκτεῖν ἀεὶ ἐπιμελόμενος* | *τοῦ δὲ καλοῦ καὶ φίλων μηδὲν ἐντρεπόμενος* ‖ .

Paululum declinat hoc exemplum:

Cyrop. II, 4, 10 *ἥδιον εἶναι* | *εὖ τε λέγοντα καὶ εὖ ποιοῦντα παρορμᾶν* | *μᾶλλον ἢ λυποῦντα καὶ ἀναγκάζοντα* ‖ .

Antithesis verborum, ubi parisosis schema manet, homoeoteleuton autem vitatur Mem. II, 6, 28 *ὅλος ὥρμημαι ἐπὶ τὸ φιλῶν τε αὐτοὺς ἀντιφιλεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν* | *καὶ ποθῶν ἀντιποθεῖσθαι* | *καὶ ἐπιθυμῶν συνεῖναι ἀντεπιθυμεῖσθαι τῆς συνουσίας* |.

Ages. I, 3 *ἀλλ' ὥσπερ τὸ γένος αὐτῶν τῆς πατρίδος ἐντιμότατον* | *οὕτω καὶ ἡ πόλις ἐν τῇ Ἑλλάδι ἐνδοξοτάτη* | *ὥστε οὐ δευτέρων πρωτεύουσιν* | *ἀλλ' ἡγεμόνων ἡγεμονεύουσιν* ‖ .

Ib. I, 8 Paromoion cum antithesi: *τό τε αἱρεῖσθαι ἐπιόντα μᾶλλον ἢ ὑπομένοντα μάχεσθαι αὐτῷ* | *καὶ τὸ τἀκείνου δαπανῶντα βούλεσθαι μᾶλλον ἢ τὰ τῶν Ἑλλήνων πολεμεῖν* (hyperbaton).

Ib. I, 34 Antithesis: *τοὺς μὲν πρόσθεν προσκυνεῖν Ἕλληνας ἀναγκαζομένους* | *ὁρῶν τιμωμένους ὑφ' ὧν ὑβρίζοντο* | *τοὺς δ' ἀξιοῦντας καὶ τὰς τῶν θεῶν τιμὰς καρποῦσθαι* | *τούτους ποιήσας μηδ' ἀντιβλέπειν* etc.

Ages. II, 16 *τὰ νόμιμα μὲν ἄρχειν,* | *τὰ νόμιμα δὲ ἄρχεσθαι* ‖ . Ib. IX, 3 *πᾶν μὲν τὸ παρὸν ἡδέως ἔπινε,* | *πᾶν δὲ τὸ συντυχὸν ἡδέως ἤσθιεν* ‖ .

Illa variatio verborum *παρὸν* et *συντυχὸν* prorsus idem hoc loco significantium, ita ut permutari facile possint, Xenophontis stilo maxime convenit, ut supra, ubi de synonymorum usu dixi, vidimus.

Rep. Lac. II, 2 *ὥστε πολλὴν μὲν αἰδῶ* | , *πολλὴν δὲ πειθὼ* | *ἐκεῖ συμπαρεῖναι* || .

Ib. V, 4 *αἳ σφάλλουσι μὲν σώματα* | , *σφάλλουσι δὲ γνώμας.* ||

Ib. IX, 3 *τοῖς μὲν ἀγαθοῖς εὐδαιμονίαν* | *τοῖς δὲ κακοῖς κακοδαιμονίαν* || .

Hieron. II, 6, antithesis: *ὅτι οἱ τύραννοι τῶν μεγίστων ἀγαθῶν ἐλάχιστα μετέχουστ* | *τῶν δὲ μεγίστων κακῶν πλεῖστα κέκτηνται* (Paromoion).

Hieron. IX, 11 *μικρὰ ἆθλα μεγάλας δαπάνας* in animum revocat illud Gorgieum *ῥῆμα* Conviv. II, 26 (cf. p. 25).

Haec exempla longiore explicatione non egent. Manifesto declarant Xenophontem et nosse Gorgieum schema et usurpasse saepius quam ut eius consilium lepide scribendi possit latere. Aliud etiam manifestius Gorgieae imitationis vestigium cernitur in Hell. VI, 4, 23 *καὶ ὁ θεὸς δέ, ὡς ἔοικε, πολλάκις χαίρει* | *τοὺς μὲν μικροὺς μεγάλους ποιῶν,* | *τοὺς δὲ μεγάλους μικρούς.* Legimus enim apud Platonem, Phaedr. 267a *Τισίαν δὲ Γοργίαν τε ἐάσομεν εὕδειν, οἳ πρὸ τῶν ἀληθῶν τὰ εἰκότα εἶδον ὡς τιμητέα μᾶλλον, τάτε αὖ σμικρὰ μεγάλα καὶ τὰ μεγάλα σμικρὰ φαίνεσθαι ποιοῦσι διὰ ῥώμην λόγου, καινά τε ἀρχαίως τά τ᾽ἐναντία καινῶς.* Cum his verbis singularem in modum congruunt, quae legimus apud Isocratem Panegyr. 8 *καὶ τά τε μεγάλα ταπεινὰ ποιῆσαι καὶ τοῖς μικροῖς μέγεθος περιθεῖναι καὶ τά τε παλαιὰ καινῶς διελθεῖν καὶ περὶ τῶν νεωστὶ γεγενημένων ἀρχαίως εἰπεῖν κτλ.*

Illud *τὰ μεγάλα σμικρὰ καὶ τὰ σμικρὰ μεγάλα ποιεῖν* videtur Gorgieae artis *ἐπάγγελμα* fuisse, quod ad dei majestatem transfert Xenophon. Tota quoque illa fabula Gorgieo stilo mihi videtur esse scripta (Mem. II, 1, 21—34). Magnopere enim dubito ad Beckeri (l. c. p. 41) sententiam accedere, qui Prodiceam dictionem ita imitatum esse Xenophontem contendit, ut proxime ad veritatem accessisse sit visus viris doctis. Opinioni primum opinionem opponam. Nam Weckleinius (l. c. p. 47), cum de Prodici elocutione disputans hanc fabulam silentio praetermittat, ipso silentio videtur negare Prodiceae elocutionis

specimen eam praebere. Accedit quod ipse Xenophon se Prodici fabulam non descripsisse sed memoria referre confitetur. Quam cum pulchris verbis ornare et narrare studeret, id praecipue ita fieri est arbitratus, ut eis uteretur figuris eloquendi, quae essent summo in honore apud sophistas et rhetores[11]). Et in his tribus paginis Gorgiae artem quasi consummatam videmus. Differt etiam huius fabulae dictio nullo modo ab aliorum locorum eloquendi genere, ubi eleganter et subtiliter scribere cupit Xenophon. Referam huius fabulae partem ita dispositam, ut ars rhetorica quam maxime illustretur.

Ipsum exordium deae Voluptatis homoeoteleuta atque parisa continet:

§ 24: *καὶ τῶν μὲν τερπνῶν οὐδενὸς ἄγευστος ἔσει |*
τῶν δὲ χαλεπῶν ἄπειρος διαβιώσει |

porro:

ἢ τί ἂν ἰδὼν ἢ ἀκούσας τερφθείης | ἢ τίνων ἂν ὀσφραινόμενος ἢ ἁπτόμενος ἡσθείης; | τίσι δὲ παιδικοῖς ὁμιλῶν μάλιστ᾽ ἂν εὐφρανθείης; | καὶ πῶς ἂν μαλακώτατα καθεύδοις | καὶ πῶς ἀπονώτατα τούτων πάντων τυγχάνοις.

Numquid talia a Gorgiae more abhorrent? Nonne similia loquentem deprehendimus ipsum Xenophontem? Num Prodiceae dictionis his exemplis plus inhaeret, quam eis exemplis, quae supra produxi? Quin etiam hoc mihi Xenophontis Gorgiam imitantis videtur esse, quod non pergit uti iniit neque totam orationem iisdem schematis exstruit, sed discedit, evagatur cogente natura et taedio schematis, tum redit ad artificia. Ita paragraphis proximis homoeoteleuta et paromoea desunt, reditur tamen ad Gorgiea § 30:

1. { *πρὶν μὲν πεινῆν ἐσθίουσα |*
2. { *πρὶν δὲ διψῆν πίνουσα |*

3. { *καὶ ἵνα μὲν ἡδέως φάγης |*
4. { *ὀψοποιίας μηχανωμένη |*

5. { *ἵνα δὲ ἡδέως πίνης |*
6. { *οἴνους τε πολυτελεῖς παρασκευάζει |*
7. { *καὶ τοῦ θέρους χιόνα περιθέουσα ζητεῖς |*

---

11) cf. Blass., I^2, p. 32 et Dr. H. Wecklein, die Sophisten u. die Sophistik, Würzburg 1866, p. 44 sqq.

8. ⎧ *ἵνα δὲ καθυπνώσῃς ἡδέως* |
9. ⎨ *οὐ μόνον τὰς στρωμνὰς μαλακὰς* |
10. ⎩ *ἀλλὰ καὶ τὰ ὑπόβαθρα ταῖς κλίναις παρασκευάζει* ‖.

Cf. Cyrop. VII, 5, 81.

Hanc Gorgieam periodum in initio accuratissime conformavit Xenophon, in media et extrema autem a proposito discedit, membra similiter definienda neglegit, ubi ultro sese offerre videtur homoeoteleuton, consulto ordinem turbat (cf. membrum 8; alternis vicibus cola similiter definiuntur ut 3, 5).

Ceterum numerus membrorum, quae inter se respondent, aequatur, quod mihi videtur minus ad Gorgiam quam ad Lysiam et Isocratem spectare; pertinet enim ad eam periodi formandae artem, quae eurhythmia vocatur. Numerorum ratione habita hoc habes periodi schema: 2 : 2 : 3 : 3. Extremum membrum longius evadit, ut norma est apud oratores. (Cicero, De or. III, 186: „posteriora superioribus, extrema primis membris longiora esse debent".)

Non possum non proferre luculentum Gorgieae dictionis exemplum ex Mem. II, 1, 31 *οἱ νέοι μὲν ὄντες τοῖς σώμασι ἀδύνατοί εἰσι* | *πρεσβύτεροι δὲ γενόμενοι ταῖς ψυχαῖς ἀνόητοι* | *ἀπόνως μὲν λιπαροὶ διὰ νεότητος φερόμενοι* | *ἐπιπόνως δὲ αὐχμηροὶ διὰ γήρως πειρῶντες* ‖ *τοῖς μὲν πεπραγμένοις αἰσχυνόμενοι* | *τοῖς δὲ πραττομένοις βαρυνόμενοι* ‖ *τὰ μὲν ἡδέα ἐν τῇ νεότητι διαδραμόντες* | *τὰ δὲ χαλεπὰ εἰς τὸ γῆρας ἀποθέμενοι* ‖.

Perlustrantes Gorgiea schemata aliquotiens videbamus quaedam vocabula repeti solere, quamquam eleganter poterant omitti. Quod cum visum esset quibusdam viris doctis, eos, quos putabant esse depravatos, locos sanare statuebant. Cujus criticae rationis jam supra (p. 25) vidimus exemplar, alia proferam hoc loco, contentus, si textum Xenophontis a nimio ardore criticorum bis terve defendero et simul proprietatem quandam stili Xenophontei oculis proposuero.

Legimus An. V, 6, 4 hoc schema: 1. *νῦν γὰρ δὴ ἂν μὲν εὖ συμβουλεύσας φανῶ,* | 2. *πολλοὶ ἔσεσθε οἱ ἐπαινοῦντές με,* | 3. *ἂν δὲ κακῶς,* | 4. *πολλοὶ ἔσεσθε οἱ καταρώμενοι.* ‖

Codices meliores *ἔσονται* habent in altero periodi membro, sed Cobetus et Schenkelius recte mihi videntur deteriorum codicum lectionem *ἔσεσθε* recepisse. Alterum vero *ἔσεσθε* Cobetus interpolatum esse censet; „non tantum venusta", ait, „et elegans

ellipsis est, sed necessaria, ut Attico scriptore compositio loci digna videatur". (Novae lectiones 463.) Hoc Cobeti judicium de Attici scriptoris dignitate; aliter judicat Xenophon qui non dubitaverit haec et alia scribere, quale An. V, 6, 5 *ἡμᾶς γὰρ δεήσει τὰ πλοῖα πορίζειν· || ἢν δὲ κατὰ γῆν στέλλησθε, | ὑμᾶς δεήσει τοὺς μαχομένους εἶναι.* || Nonne, qui repetitionis taedio moveretur ita composuisset, ut *δεήσει* semel positum sufficeret? Luculentius exemplum vide An. I, 3, 12 *ὁ δ' ἀνὴρ πολλοῦ μὲν ἄξιος φίλος | ᾧ ἂν φίλος ᾖ, | χαλεπώτατος δ' ἐχθρὸς | ᾧ ἂν πολέμιος ᾖ* || [12]). Cf. Cyrop. II, 4, 24; V, 2, 18. Quo loco Cobetus repetito verbo *ᾖ* minime offendi videtur, quamquam potuit omitti non alia ratione atque illud alterum *ἔσεσθε*. Offenditur vero priore *φίλος*, cum *ἄξιος* sufficiat. At non schematis tantum causa sed etiam sensus gratia utrumque vocabulum *φίλος* retineri volo.

Cum semel hoc in animum induxerit Cobetus, Xenophonti vocabula inutiliter repetita non esse concedenda, haud scio an inconstantiae debeat coargui, quippe qui huius modi repetitionem *οἱ μὲν ἐπιμελοῦνται ὡς ἔχῃ οὕτως· οἱ δ' οὐκ ἐπιμελοῦνται* (Oecon. XX, 8) inultam esse sinat, praesertim cum supra (§ 6) haec legamus: *ταῦτα οἱ μὲν ποιοῦσι τῶν ἀρχόντων, οἱ δ' οὔ* [13]). Quid? illud inconstantiae crimen nonne potius in Xenophontem transferemus, qui scripserit in paragrapho 7: *οἱ μὲν ποιοῦσιν οὕτως, οἱ δ' οὒ ποιοῦσιν?* Num ex his legem ferre possumus, vocabula, quae supervacanea videntur esse, repeti non solere? Num quis audet contendere vocabulum quodlibet alio loco repeti debere, alio non debere, cum ratio repetendi vel omittendi in illis quidem exemplis perspici nullo modo possit?

Ceterum et Sauppius (Lexilog. Xen. 118) et Buechsenschuetzius (Philol. 18, 264) exemplis et argumentis Batavorum licentiam repressisse mihi videntur, ut ne verbum quidem hac in causa adderem, nisi ad elocutionem Xenophontis melius perspiciendam aliquid tamen me posse conferre putarem.

---

[12]) Notanda similis repetitio Cyrop. IV, 2, 13.

[13]) Alia repetitionis exempla proponam: Anab. II, 6, 20, injuria impugnatum a Hirschigio; Oecon. VII, 30, ubi Hirschigio non consentio repetitum *κοινωνοὺς* expellenti. Cyr. VIII, 7, 16.

Igitur pergamus. Legimus Cyrop. I, 6, 36:

1. { ὅτι, ἔφη, ὦ παῖ, πολλὰ μὲν τούτων ἀνάγκη ἐστὶ καὶ ὑμᾶς καὶ τοὺς πολεμίους παρασχεῖν· ‖

2. { σιτοποιεῖσθαί τε ἀνάγκη ἀμφοτέρους |
κοιμᾶσθαί τε ἀνάγκη ἀμφοτέρους· ‖

2. { καὶ ἕωθεν ἐπί τἀναγκαῖα σχεδὸν ἅμα πάντας δεῖ ἴεσθαι |
καὶ ταῖς ὁδοῖς, ὁποῖαι ἂν ὦσι, τοιαύταις ἀνάγκη χρῆσθαι. ‖

1. ἃ χρή σε πάντα μετανοοῦντα, ‖

2. { ἐν ᾧ μὲν ἂν ὑμᾶς γιγνώσκης ἀσθενεστάτους γιγνομένους, |
ἐν τούτῳ μάλιστα φυλάττεσθαι, ‖

2. { ἐν ᾧ δ' ἂν τοὺς πολεμίους αἰσθάνῃ εὐχειρωτοτάτους γιγνομένους, |
ἐν τούτῳ μάλιστα ἐπιτίθεσθαι. ‖

Quae periodi structura cum sit ceteroquin accuratissima, miraberis, quod repetitionis fastidio scriptor non moveri videtur. Attamen movetur quodammodo, nam loco vocabuli *ἀνάγκη*, quod quater in hac conversione verborum repetitur, primum *δεῖ*, tum *χρή* ponit Xenophon.

Cf. Hell. VII, 2, 22 *οἱ μὲν ἱππεῖς κατὰ κράτος ἤλαυνον* | *οἱ δὲ πεζοὶ κατὰ κράτος ἔθεον* ‖ et Mem. II, 3, 7 *Ἆρ' οὖν, ἔφη ὁ Σωκράτης, ὥσπερ ἵππους, τῷ ἀνεπιστήμονι μὲν* | *ἐγχειροῦντι δὲ χρῆσθαι* | *ζημία ἐστίν* ‖ *οὕτω καὶ ἀδελφός* | *ὅταν τις αὐτῷ μὴ ἐπιστάμενος ἐγχειρῇ χρῆσθαι* | *ζημία ἐστίν.* ‖ [14])

Cui symmetria cordi omnino non fuisset, ei profecto repetita verba *ζημία ἐστίν* supervacanea visa essent, isque totam sententiam contraxisset brevioremque fecisset. Gorgias vero vel quilibet alius scriptor severioris symmetriae studiosus alteram partem periodi finxisset ad prioris similitudinem.

Itaque hanc sibi sanciant legem, qui manum imponere student Xenophontis libris recensendis, ne rejiciatur vocabulum repetitum etiamsi inutile vel molestum esse videatur, dummodo sensui non officiat. Restituamus igitur Mem. II, 1, 29 alterum

---

[14]) cf. Cyrop. V, 3, 9 *οὔτε γὰρ ἂν φίλους τις ἂν ποιήσειεν ἄλλως πως πλείω ἀγαθὰ ἐν πολέμῳ ἢ πολέμιος δοκῶν εἶναι* | *οὔτ' ἂν ἐχθροὺς πλείω τις βλάψειεν ἄλλως πως ἢ φίλος δοκῶν εἶναι.* Oec. IX, 19.

vocabulum ὁδόν, quod Cobetus eique adsensus Carolus Schenkelius omitti jubent, et scribamus:

Ἐννοεῖς, ὦ Ἡράκλεις, ὡς χαλεπὴν καὶ μακρὰν ὁδὸν | ἐπὶ τὰς εὐφροσύνας ἡ γυνή σοι αὕτη διηγεῖται; || ἐγὼ δὲ ῥᾳδίαν καὶ βραχεῖαν ὁδὸν | ἐπὶ τήν εὐδαιμονίαν ἄξω σε ||. (Cf. Cobet N. L. 654.)

Mirum profecto est, quod paulo supra Cobetus nullo modo laborat auribus, bis continuo legens ὁδόν, § 23 Ὁρῶ σε, ὦ Ἡράκλεις, ἀποροῦντα ποίαν ὁδὸν ἐπὶ τὸν βίον τράπῃ, ἐὰν οὖν ἐμὲ φίλην ποιήσῃ (ἐπὶ, quod delendum est cum Hirschigio) τὴν ἡδίστην τε καὶ ῥᾴστην ὁδὸν ἄξω σε.

Injuria Mem. I, 2, 44 ἆρ' οὐχ' ὅταν ὁ κρείττων τὸν ἥττω μὴ πείσας, ἀλλὰ βιασάμενος ἀναγκάσῃ ποιεῖν ὅτι ἂν αὐτῷ δοκῇ Cobetus alteram antithesis partem delet, verba ἀλλὰ βιασάμενος pueriliter et jejune apposita esse affirmans. Videlicet supervacanea haec verba esse videntur sensum spectanti, rhetorice vero scribenti grata et venusta sunt (cf. Conviv. II, 26). Cujus rei vide exempla: Mem. III, 10, 13 οὐ φορήματι, ἀλλὰ προσθήματι ἐοίκασιν; Cyrop. VI, 2, 21 οὐ γὰρ φοβηθέντες, ἀλλ' ἀχθεσθέντες; ib. IV, 2, 13 οὐχ ἡμᾶς ἐφ' ὑμῖν ἔσεσθαι, ἀλλὰ μᾶλλον — ὑμᾶς ἐφ' ἡμῖν γενέσθαι; cf. Memor. III, 3, 18 et Hiero XI, 11. Usitatius est hoc contrapositum apud Antiphontem rhetorem, ut Or. I, 3 καὶ μὴ ἅπαξ, ἀλλὰ πολλάκις; tetralog. B γ 7 οὐδὲ ἀφανὴς, ἀλλὰ καὶ λίαν φανερός. A δ 10 οὐκ εἰκότως ἀλλ', ὄντως; B γ 11 οὔτε — ὅσια, ἀλλ' ἀνόσι' ἂν πάθοιμεν; Γ γ 3 οὐδὲ τοῖς αὐτοῖς, ἀλλὰ τοῖς ἐναντιωτάτοις; ib. δ 6 οὐδὲ κρεισσόνως, ἀλλὰ πολὺ ὑποδεεστέρως; A β 5 ἔστι δὲ οὐκ ἀπεικός — ἀλλὰ εἰκός; A γ 6 οὐκ ἐλάσσω, ἀλλὰ πολὺ μείζω; A δ 8 οὐκ ἐκ τῶν εἰκότων, ἀλλ' ἔργῳ. De caede Herodis 94 οὔ τοι τῶν ἐπειγομένων ἐστὶ τὰ πράγματα, ἀλλὰ τῶν εὖ βουλευομένων. Lysias Or. XXIV, 18 οὐ σπουδάζων, ἀλλὰ παίζων. Quis infitiabitur eodem ex schemate antithesis fluxisse etiam illud μὴ πείσας, ἀλλὰ βιασάμενος, et ob hanc causam esse conservandum?

Iam arbitror nullis argumentis me egere, ut etiam totum Memor. locum I, 4, 13 extr. quem Dindorfius et Cobetus cum Pluygersio (cf. Cobet N. L. 689) corrigere cupiunt, intactum servem. Quem si descripsero luce clarius fore spero omnia recto ordine stare:

2	*ποία δὲ ψυχὴ τῆς ἀνθρωπίνης ἱκανωτέρα προφυλάττεσθαι* ‖ *ἢ λιμὸν ἢ δίψος ἢ ψύχη ἢ θάλπη* ‖
3	*ἢ νόσοις ἐπικουρῆσαι* | *ἢ ῥώμην ἀσκῆσαι* *ἢ πρὸς μάθησιν ἐκπονῆσαι*
2	*ἢ ὅσα ἂν ἀκούσῃ ἢ ἴδῃ ἢ μάθῃ* | *ἱκανωτέρα ἐστὶ διαμεμνῆσθαι.* ‖

Isdem fere verbis concluditur et incipit periodus. Nonne haec vera videtur esse conversio verborum? Schema vero periodi hoc: 2—3—2, ex quo nec Dindorfio nec Cobeto ullum membrum expungendum esse concedo.

Huc pertinet Mem. I, 1, 14 *καὶ τοῖς μὲν οὐδ' ἐν ὄχλῳ δοκεῖν αἰσχρὸν εἶναι λέγειν ἢ ποιεῖν ὁτιοῦν, τοῖς δὲ οὐδ' ἐξιτητέον εἰς ἀνθρώπους εἶναι δοκεῖν.* Alterum *δοκεῖν* Cobeto invenuste et inficete repetitum videtur esse (N. L. 683). Qui non solum Atticorum lectione, sed etiam Xenophontis pervestigatione subactam aurem habent, nullo pacto *δοκεῖν* esse delendum concedent, sed retinebunt.

Repetitionis exemplum simile invenio An. V, 8, 18 *ὅτε νῦν ἐγὼ θαρρῶ σὺν τοῖς θεοῖς μᾶλλον ἢ τότε καὶ θρασύτερός εἰμι νῦν ἢ τότε;* attamen non libuit ter eadem repetere, itaque terminat his solis *καὶ οἶνον πλείω πίνω,* quo patet, alterum *νῦν ἢ τότε* non sensus causa sed schematis esse appositum. Cf. An. III, 2, 30; Oec. XVII, 3 *ἅμα πᾶσι δοκεῖ* chiasmi lege repetitum. Cf. etiam Cyrop. V, 3, 9 *δοκῶν εἶναι.* Cf. An. VII, 7, 32 *σοῦ μὲρ γὰρ κρατοῦντος δουλεία ὑπάρχει αὐτοῖς κρατουμένου δὲ σοῦ ἐλευθερία.* Similiter Hell. I, 7, 29 *Διομέδων μὲν ἐκέλευεν* | *ἀναχθέντας ἐπὶ κέρως ἅπαντας ἀναιρεῖσθαι τὰ ναυάγια καὶ τοὺς ναυαγούς,* ‖ *Ἐρασινίδης δὲ* | *ἐπὶ τοὺς πρὸς Μυτιλήνην πολεμίους τὴν ταχίστην πλεῖν ἅπαντας.* Ib. An. II, 3, 5 *ἄριστον γὰρ οὐκ ἔστιν, οὐδ' ὁ τολμήσων περὶ σπονδῶν λέγειν τοῖς Ἕλλησι μὴ πορίσας ἄριστον;* cf. Oecon. III, 16 *σοι.* Ad hanc quae vocatur cyclus figuram pertinet Cyrop. VIII, 4, 30 *ἔδοσαν δὲ τὰ μὲν ἄλλα χρήματα ἄρχων ἄρχοντας τοὺς ὑφ' ἑαυτῷ δοκιμάζων· τὰ δὲ τελευταῖα οἱ ἐξάδαρχοι τοὺς ὑφ' ἑαυτοῖς ἰδιώτας δοκιμάσαντες πρὸς τὴν ἀξίαν ἑκάστῳ ἔδοσαν.* Cf. An. I, 10, 3 extr.[15])

[15]) Mem. III, 2, 4 retineo *στρατηγόν* cycli ratione repetitum, quamvis impugnetur a Cobeto (N. L. 656).

Omnia illa exempla in Gorgieis figuris versatum esse Xenophontem dilucide demonstrant. Habet nihilo minus ejus stilus proprium quemdam colorem, cum ita saepenumero figuras adhibeat, ut ad ambitum verborum accomodet et proprio Marte rhetorum subsidiis videatur uti. Nam constat periodos Gorgiae plerumque certis finibus non contineri, sed membris binis junctis progredi ad infinitum. Xenophon vero illa schemata parvis conversionibus inclusit aequato membrorum numero, qua ratione periodorum seriem struxit, quae medium tenet inter Isocratis gravem et aequabiliter fluentem orationem et solutum narrationis genus. Proxime ad ejus dicendi genus Lysias videtur accedere, cum rhetorico studet spiritu eloqui.

Anaphorae in hoc dicendi genere frequentissimus est usus, quin etiam a repetitione totius fere enuntiati non abhorret Xenophon. Sed ea concinnitatis contentio non ubique valuit. Saepenumero enim deflectit Xenophon ab incepta scribendi ratione concinnumque verborum disturbat circuitum, aut chiasmi lege dispositis verbis, aut variatis vocabulis, aut denique interpositis incisis. Quo in genere scribendi animadverte homoeoteleutis crebro alterna membra periodi aut sola extrema ornari.

Hoc Xenophontis studium ut melius cognoscatur, age selecta quaedam proferam exempla.

Incipiam a Mem. II, 8, 5: Post solutam narrationem communisque consuetudinis dialogum, ubi oratorio impetui locus non erat, Socrates perorare incipit rationes enumerans, quibus Eutherum convincere studet. Quem ad finem subsidia oratoris Xenophon accersit: *χαλεπὸν μὲν γὰρ οὕτω τι ποιῆσαι | ὥστε μηδὲν ἁμαρτεῖν, || χαλεπὸν δὲ καὶ ἀναμαρτήτως τι ποιήσαντα | μὴ ἀγνώμονι κριτῇ περιτυχεῖν· || ἐπεὶ καὶ οἷς νῦν ἐργάζεσθαι φῇς | θαυμάζω εἰ ῥᾴδιόν ἐστιν ἀνέγκλητον διαγίγνεσθαι ||* .

Hoc exemplum aptissimum est, quia complectitur omnia fere quae propria dixi periodi Xenophonteae. Bis anaphora, bis homoeoteleuton usurpatur atque id in alternis membris. Conferatur cum hac periodo Xenophontis peroratio An. III, 2, 39: *καὶ ὅστις τε ὑμῶν τοὺς οἰκείους ἐπιθυμεῖ ἰδεῖν, | μεμνήσθω ἀνὴρ ἀγαθὸς εἶναι· | οὐ γὰρ ἔστιν ἄλλως τούτου τυχεῖν· || ὅστις τε ζῆν ἐπιθυμεῖ, | πειράσθω νικᾶν· | τῶν μὲν γὰρ νικώντων τὸ κατακαίνειν, | τῶν δὲ ἡττωμένων τὸ ἀποθνήσκειν ἐστί· || καὶ εἴ τις*

χρημάτων ἐπιθυμεῖ, | κρατεῖν πειράσθω· | τῶν γὰρ νικώντων ἐστὶ καὶ τὰ ἑαυτῶν σώζειν | καὶ τὰ τῶν ἡττωμένων λαμβάνειν. ||

Admiranda est huius periodi compositio, qua nihil magis perspicuum, nihil concinnius, nihil elegantius potest cogitari. Profecto qui haec scripsit, plane eam laudem meruit, quam propter periodorum perspicuitatem a viris doctissimis tulit. Id quod in hoc exemplo apparet alteram membri partem a particula *γὰρ* incipi, in plerisque hujus generis conversionibus usu venit.

Documento sit nobis Cyrop. IV, 3, 12:

οὔτε γὰρ τοξεύειν ἡμῖν μαθητέον
ὥσπερ τοῖς παισί· |
προεπιστάμεθα γὰρ τοῦτο· ||
οὔτε μὴν ἀκοντίζειν· |
ἐπιστάμεθα γὰρ καὶ τοῦτο. ||

et An. VI, 4, 12:

δῆλον ὅτι πεζῇ ποιητέον· |
οὐ γὰρ ἔστι πλοῖα· ||
ἀνάγκη δὲ πορεύεσθαι ἤδη· |
οὐ γὰρ ἔστι μένουσι τὰ ἐπιτήδεια· ||

Haec componendi ratio, cum artis specimen videatur prae se ferre, comparanda est cum ea ratione, quam ab aliis scriptoribus teneri vidimus. Antiphon enim simile praebet, *Γβ* 6: *ὁ γὰρ ἀποθανών, εἰ μὲν ἀτυχίᾳ τέθνηκε,* | *τῇ ἑαυτοῦ ἀτυχίᾳ κέχρηται· ἠτύχησε γὰρ ἄρξας τῆς πληγῆς·* || *εἰ δ' ἀβουλίᾳ τινί,* | *τῇ ἑαυτοῖ ἀβουλίᾳ διέφθαρται.* | *οὐ γὰρ εὖ φρονῶν ἔτυπτέ με.* || Cf. A, *α* 5 et Lysias Or. XXXI, 13 (contra Philonem): *ὥστε μήτε τοῖς ἐν τῷ ἄστει γενομένοις φίλον προσήκειν εἶναι τοῦτον·* | *οὐ γὰρ ἠξίωσεν ὡς αὐτοὺς ἐλθεῖν κινδυνεύοντας·* || *μήτε τοῖς τὸν Πειραιᾶ καταλαβοῦσιν·* | *οὐδὲ γὰρ τούτους ἠθέλησε συγκατελθεῖν·* || Cf. Or. XXXI, 10—11.

Supervacaneum est plura huius modi exempla ex illis scriptoribus colligere; nam haec satis clare demonstrant elegantiam eloquendi non fortuito elapsam sed arte comparatam. Xenophontei vero stili cum sint simillima, imitationis vestigia etiam in eis cernimus, quae, ut Xenophontis ingenio attribueremus, primum inclinabamus. Itaque quod structuram illam Xenophontei schematis nomine interdum designavi Xenophontisque propriam esse dixi, hoc non ita accipi volo, ut ab eo inventa videatur,

sed potissimum usurpata et quendam in modum exculta. Versantur enim ante oculos priorum scriptorum loci, qui eandem fere verborum conversionem easdemque commutationes ostendant. Ecce Antiphontis Γ δ 5:

{ ὁ μὲν γὰρ ἃ ἔπασχεν ἀντιδρᾶν ζητῶν, |
{ ὑπ' ἐκείνου βιαζόμενος ἐξήμαρτεν· ||
ὁ δὲ διὰ τὴν ἑαυτοῦ ἀκολασίαν πάντα δρῶν καὶ πάσχων, |
{ καὶ τῆς ἑαυτοῦ καὶ τῆς ἐκείνου
{ ἁμαρτίας δίκαιος φονεὺς εἶναί ἐστιν. ||

Sed cum Maetznero corrigendum est alterum membrum, ita ut non solum sensui sed etiam rhetoricae arti satisfaciamus:

καὶ τῆς ἑαυτοῦ καὶ τῆς ἐκείνου ἁμαρτίας αἴτιος ὢν |
δίκαιος φονεὺς εἶναί ἐστιν. ||

Cuius ambitus cola ita dividuntur 2 : 3. Simul defensoris ars conspicitur in hac eloquendi forma; prius enim periodi membrum, ut quod rei peccata contineat, brevius evadit quam alterum, in quo cumulentur accusatoris vitia.

Porro idem de caede Herodis 5:

τάδε δὲ δέομαι ὑμῶν, |
τοῦτο μὲν ἐάν τι τῇ γλώσσῃ ἁμάρτω, |
συγγνώμην ἔχειν μοι καὶ ἡγεῖσθαι ἀπειρίᾳ αὐτὸ μᾶλλον ἢ ἀδικίᾳ ἡμαρτῆσθαι, ||
τοῦτο δὲ ἐάν τι ὀρθῶς εἴπω, |
ἀληθείᾳ μᾶλλον ἢ δεινότητι εἰρῆσθαι. ||
οὐ γὰρ δίκαιον οὔτ' ἔργῳ ἁμαρτόντα διὰ ῥήματα σωθῆναι, |
οὔτ' ἔργῳ ὀρθῶς πράξαντα διὰ ῥήματα ἀπολέσθαι· ||
τὸ μὲν γὰρ ῥῆμα τῆς γλώσσης ἁμάρτημά ἐστι, |
τὸ δὲ ἔργον τῆς γνώμης. || Cf. ib. § 2[16]).

Deinde ex Antiphontis officina hoc dabo Thucydideae periodi exemplum I, 41, 3:

φίλον τε γὰρ ἡγοῦνται τὸν ὑπουργοῦντα, |
ἢν καὶ πρότερον ἐχθρὸς ᾖ, ||
πολέμιόν τε τὸν ἀντίσταντα, |
ἢν καὶ τύχῃ φίλος ὤν, ||
ἐπεὶ etc.

---

16) Ceterum vide Ed. Belling, de Antiphontearum periodorum symmetria, diss. Breslau 1868 p. 59 etc.

Sed concinnius potuit formari haec parisosis, si alteri membro verbum velut *νομίζουσιν* insereretur, quod responderet priori *ἡγοῦνται*. Qua in re accuratiorem saepe Xenophontem fuisse vidimus, cum aut repetere non dubitaret eadem verba aut synonymis uteretur.

Xenophontis dicendi genus in memoriam revocat etiam hoc Thucydidis I, 41, 1:

ἣν οὐκ ἐχθροὶ ὄντες | *ὥστε βλάπτειν* ||
οὔτε αὖ φίλοι | *ὥστε ἐπιχρῆσθαι* ||
ἀντιδοθῆναι ἡμῖν ἐν τῷ παρόντι φαμὲν χρῆναι.

Neque Lysias alienus est ab illa scribendi ratione, quam agnoscas, si conferas Or. I, 6:

ἐφύλαττόν τε | *ὡς οἷόν τε ἦν* ||
καὶ προσεῖχον τὸν νοῦν | *ὥσπερ εἰκὸς ἦν.* ||

Porro Or. V, 4:

ἴσασι γὰρ ὅτι ||
ἂν ψευδόμενοι ἐλεγχθῶσιν | *οὐδὲν μεῖζον τῶν ὑπαρχόντων πείσονται,* ||
ἐὰν δ᾽ὑμᾶς ἐξαπατήσωσι, | *τῶν παρόντων κακῶν ἔσονται ἀπηλλαγμένοι.* ||

Cf. XII, 19, 21, 24. Anaphoris sicut Xenophon utitur in formanda verborum conclusione. Cf. XXXI, 4 extr.

XXXI, 8:

ἐὰν μὲν νικήσωσι | *τούτους οὐ καταδουλώσεσθαί γε,* ||
ἐὰν δὲ ἡττηθῶσι | *σφᾶς αὐτοὺς τῶν παρόντων ἀγαθῶν ἀποστερῆσαι* || et ib. 24:
δεινὸν γὰρ ἔμοιγε δοκεῖ εἶναι, ||
εἰ ἐξ ὧν μὲν ἤδη ἡμάρτηκε, |
μηδέποτε τιμωρηθήσεται, ||
ἐξ ὧν δὲ μέλλει τι ποιήσειν, |
ἤδη τετιμήσεται. ||

Porro ib. 12:

οὔτε γὰρ τῷ σώματι ἀδύνατος ἦν ταλαιπωρεῖν, |
ὡς καὶ ὑμεῖς ὁρᾶτε, ||
οὔτε τῇ οὐσίᾳ ἄπορος λειτουργεῖν, |
ὡς ἐγὼ ἀποδείξω. ||

Cf. Or. XXX, 16; XXV, 6; XXIV, 22; XXI, 16, 18, 8 XIV, 35, 11. Hujus modi vero imperfectum ambitum: *ὥστε εἴ τις ὑμῶν πονηρίαν καταγνώσεται τῶν εἰς ἐμὲ εἰσιόντων,* | *δῆλον*

ὅτι καὶ τῶν παρὰ τοῖς ἄλλοις διατριβόντων· ‖ εἰ δὲ κἀκείνων, | ἁπάντων Ἀθηναίων· ‖ ἅπαντες γὰρ κτλ (Or. XXIV, 20 extr.) Xenophon nunquam composuisset, sed conformavisset alteram partem ad similitudinem prioris; ellipsi enim minime uti solet.

Sed redeo ad illud quod vocavi Xenophonteum schema. In parallelis membris modo homoeoteleuta ornandi causa quaeruntur, modo chiasmi lege evitantur, id quod non minus ad ornatum pertinet, cf. Mem. I, 5, 1—6:

ἐμοὶ μὲν δοκεῖ νὴ τὴν Ἥραν ἐλευθέρῳ μὲν ἀνδρὶ εὐκτὸν εἶναι |
μὴ τυχεῖν δούλου τοιούτου, ‖
δουλεύοντα δὲ ταῖς τοιαύταις ἡδοναῖς ἱκετευτέον τοὺς θεοὺς |
δεσποτῶν ἀγαθῶν τυχεῖν. ‖

Eadem fere parisosis invenitur Mem. II, 8, 5, 6 homoeotel. ex chiasmi lege disp.; idem atque supra chiasmus: ῥᾷστα δὲ καὶ ἀκινδυνότατα ζῆν | καὶ εἰς τὸ γῆρας διαρκέστατα ‖ cf. II, 3, 2:

εἴ τις τοὺς μὲν ἀδελφοὺς ζημίαν ἡγεῖται, |
ὅτι οὐ καὶ τὰ τῶν ἀδελφῶν κέκτηται, ‖
τοὺς δὲ πολίτας οὐχ ἡγεῖται ζημίαν, |
ὅτι οὐ καὶ τὰ τῶν πολεμίων ἔχει. ‖

Vitatur homoeoteleuton Memor. II, 3, 2:

ὅτι κρεῖττον σὺν πολλοῖς οἰκοῦντα |
ἀσφαλῶς τἀρκοῦντα ἔχειν. ‖

Porro Xenophontis dicendi genus optime cognoscitur e loco Cyrop. I, 5, 9:

καίτοι ἐγὼ οἶμαι |
οὐδεμίαν ἀρετὴν ἀσκεῖσθαι ὑπ' ἀνθρώπων, |
ὡς μηδὲν πλέον ἔχωσι οἱ ἐσθλοὶ γενόμενοι τῶν πονηρῶν, ‖

ἀλλ' οἵ τε τῶν παραυτίκα ἡδονῶν ἀπεχόμενοι
οὐχ ἵνα μηδέποτε εὐφρανθῶσι, |
τοῦτο πράττουσιν, ‖

ἀλλ' ὡς διὰ ταύτην τὴν ἐγκράτειαν πολλαπλάσια εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον εὐφρανούμενοι |
οὕτω παρασκευάζονται· ‖

Dividitur hic ambitus in tres partes. Extrema totius conversionis membra longitudine praecedentibus praestant. Iam redintegratur idem ordo in proximis:

οἵ τε λέγειν προθυμούμενοι δεινοὶ γενέσθαι |
οὐχ ἵνα εὖ λέγοντες μηδέποτε παύσωνται, |
τοῦτο μελετῶσιν, |
ἀλλ᾽ ἐλπίζοντες τῷ λέγειν εὖ πείθοντες ἀνθρώπους |
πολλὰ καὶ μεγάλα ἀγαθὰ διαπράξεσθαι· ||
καὶ οἱ ταῦτα τὰ πολεμικὰ ἀσκοῦντες |
οὐχ ὡς μαχόμενοι μηδέποτε παύσωνται, |
τοῦτ᾽ ἐκπονοῦσιν, |
ἀλλὰ νομίζοντες καὶ οὗτοι τὰ πολεμικὰ ἀγαθὰ γενόμενοι ||
πολὺν μὲν ὄλβον, |
πολλὴν δὲ εὐδαιμονίαν, |
μεγάλας δὲ τιμὰς |
καὶ ἑαυτοῖς καὶ πόλει περιάψειν. ||

Illud exemplum explicationis non mihi videtur indigere; demonstrat ipsum satis, quibus in rebus positam esse Xenophon censeat artem. Et ultima pars, quae pluribus *colis* e lege anaphorae compositis amplificatur, impetu quodam effertur oratorio. Anaphora cum parisis apparet Cyrop. II, 4, 31:

ἢν δ᾽ ἐρωτᾷ, ὅπου εἰμί, |
λέγε τἀληθῆ, |
ὅτι ἐπὶ τοῖς ὁρίοις. ||
ἢν δ᾽ ἐρωτᾷ, εἰ καὶ αὐτὸς ἔρχομαι, |
λέγε κἀνταῦθα τἀληθῆ, |
ὅτι οὐκ οἶσθα.

sed inde deflectens aliter construit: *ἐὰν δ᾽ ὁπόσοι ἐσμὲν πυνθάνηται* etc. Qua re mihi videtur indicare, non necessitate se coactum sed concinnitatis amore impulsum paromoea prioris partis formasse, cf. Cyrop. III, 1, 30 extr. et 19; Cyrop. IV, 5, 45:

a. *ἡμεῖς μὲν γὰρ διεφυλάξαμέν τε ὑμῖν τάδε,* |
b. *καὶ ὑμεῖς ἡμῖν πιστεύετε* |
καλῶς διαπεφυλάχθαι· ||
a. *ὑμεῖς δέ γ᾽ αὖ διανείματε,* |
b. *καὶ ἡμεῖς πιστεύσομεν ὑμῖν* |
καλῶς διανενεμηκέναι. ||

Ne nimia sit similitudo membrorum, chiasmi lege membra b initio variantur. Contra accuratio structurae servatur Cyrop. VI, 1, 12, homoeoteleutis alterna vice, ut dixi, dispositis:

ὅσοι τε γὰρ αὐτῶν ὅπλα ἀφήρηνται |
ταχὺ ἄλλα ποιήσονται· ||
ὅσοι τε ἵππους ἀπεστέρηνται |
ταχὺ πάλιν ἄλλους ἵππους κτήσονται· ||

finis vero periodi revocat rursus oculos et aures a sensu schematis, cum sic terminet: *ἀντὶ δὲ τῶν ἀποθανόντων ἐφηβήσουσι καὶ ἐπιγενήσονται, ὥστε οὐδὲν θαυμαστὸν εἰ* etc. Neque illud puto esse neglegendum, quod altera schematis pars vocabulo repetito *ἵππους* atque addito inutiliter adverbio *πάλιν* nimium extenditur et dissimilis fit praecedenti (cf. p. 30), cf. Cyrop. VIII, 6, 14, ubi complures parisoses; ultimi membri dispositio verborum ab aliis differt.

Luculentum exemplum, ubi concinnitatis contentio coercetur studio variandi vel potius pudore quodam rhetorice eloquendi, An. II, 1, 20:

1 *ὅτι ἡμεῖς οἰόμεθα,* |

3 { *εἰ μὲν δέοι βασιλεῖ φίλους εἶναι,* |
πλείονος ἂν ἄξιοι εἶναι φίλοι ἔχοντες τὰ ὅπλα |
ἢ παραδόντες ἄλλῳ, ||

3 { *εἰ δὲ δέοι πολεμεῖν,* |
ἄμεινον ἂν πολεμεῖν ἔχοντες τὰ ὅπλα |
ἢ ἄλλῳ παραδόντες. ||

Deflectitur a severiore compositione etiam An. V, 2, 12:

ὁ δὲ τοῖς πελτασταῖς πᾶσι παρήγγειλε διηγκυλωμένους ἰέναι, |
ὡς, ὁπόταν σημήνῃ, ἀκοντίζειν, ||
καὶ τοὺς τοξότας ἐπιβεβλῆσθαι ἐπὶ ταῖς νευραῖς, |
ὡς, ὁπόταν σημήνῃ, τοξεύειν δεῆσον. |

Sequuntur duae enuntiationes, quae his non jam respondent.

In Oecon. III, 11 parisosis accuratissima quattuor incisorum; tum, ut a schemate incepto deflecteret Xenophon, anacoluthiam adhibuit:

Πρόβατον μὲν, ἔφη ὁ Σωκράτης, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἢν κακῶς ἔχῃ, | *τὸν νομέα αἰτιώμεθα,* || *καὶ ἵππος ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἢν κακουργῇ,* | *τὸν ἱππέα κακίζομεν·* || *τῆς δὲ γυναικός, εἰ μὲν διδασκομένη ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς τἀγαθὰ κακοποιεῖ,* | *ἴσως δικαίως ἂν ἡ γυνὴ τὴν αἰτίαν ἔχοι·* || cui aliud membrum annectitur simili structura; exit iisdem verbis. Repetitio vitatur, homoeoteleuton chiasmi

lege circumvenitur Oecon. III, 15[17]). Vitatur parisosis Oecon. VII, 21 *στεγνῶν δὲ δεῖται καὶ ἡ τῶν νεογνῶν τέκνων παιδοτροφία, | στεγνῶν δὲ καὶ αἱ ἐκ τοῦ καρποῦ σιτοποιίαι δέονται.* || Verbum quidem repetitur, sed ne putida dictio videatur esse, non eodem loco disponitur nec eodem numero, postponitur vero chiasmi lege. Quo exemplo patet, Xenophontem ellipsis genus non amare.

Variationis lepidum exemplum invenio in Oecon. X, 2 *ἐντετριμμένην πολλῷ μὲν ψιμυθίῳ, | ὅπως λευκοτέρα ἔτι δοκοίη εἶναι ἢ ἦν, || πολλῇ δ'ἐγχούσῃ, | ὅπως ἐρυθροτέρα φαίνοιτο τῆς ἀληθείας, || ὑποδήματα δ'ἔχουσαν ὑψηλὰ, | ὅπως μείζων δοκοίη εἶναι ἢ ἐπεφύκει.* ||

Manifestum studium variandi declinandique a concinnitate verborum hoc exemplo demonstratur: Oecon. X, 6 *οὔτ' ἂν μίλτου ἁπτοίμην ἥδιον ἢ σοῦ | οὔτ' ἂν ἀνδρεικέλου χρῶμα ὁρῴην ἥδιον ἢ τὸ σὸν | οὔτ' ἂν τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπαληλιμμένους ἥδιον ὁρῴην τοὺς σοὺς ἢ ὑγιαίνοντας.*

Oecon. XV, 11 ne eadem repetere debeat sufficit ei dicere *ὡσαύτως*[18]).

Vidimus vocabula quaedam nonnunquam commutari aut permutari; cujus rei luculentum exemplum ex An. II, 6, 21 sumptum proferam *ἐπιθυμῶν δὲ ἄρχειν, | ὅπως πλείω λαμβάνοι, || ἐπιθυμῶν δὲ τιμᾶσθαι, | ἵνα πλείω κερδάνοι* ||; alia exempla vide An. II, 5, 8; Mem. IV, 4, 16; II, 1, 19; Cyrop. I, 5, 9; Mem. II, 6, 24; An. VII, 7, 28; Conviv. VIII, 39.

Collectis exemplis et rectis et deviis, ne in hoc quidem dicendi genere Xenophontem sibi constare intelleximus, sed concinnitatis studium contentionemque judicio quodam sano et elegantia naturali persaepe temperari. Vicit inaffectata jucunditas et effecit ut affectationes declamatoriae quasi herbae nocentes ne totam orationem obducerent; immo ut sparsim emergentes florum instar ornamento essent sermoni. Errant igitur, qui rotundam

---

17) Oecon. VII, 36, extr. *ἐπιμελητέον* chiasmi lege disp.

18) Oecon. XVII, 1

περὶ μὲν τῆς νεοῦ ὁρᾷς, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὡς — etc. |

περί γε μέντοι τοῦ σπόρου [*ὁρᾷς*] *ἄλλο τι, ἔφη, ὦ Σώκρατες, γιγνώσκεις* etc.

Alterum *ὁρᾷς* aut incuria scribae aut inscientia scioli cujusdam, qui concinnitatis specie delusus, non intellexit, huic verbo locum non esse, appositum est.

prorsus esse debere Xenophonteam periodum putent, et suo magis quam illius aequabilitatis sensu ducti invita Minerva in tradita verba grassentur. Nam quo facilior accuratioris formae restitutio videtur, eo magis crescit libido manus adhibendae opitulandique. Exemplo sit nobis locus Mem. I, 1, 8:

οὔτε τῷ στρατηγικῷ δῆλον |
εἰ συμφέρει στρατηγεῖν, ||
οὔτε τῷ πολιτικῷ δῆλον |
εἰ συμφέρει προστατεῖν ||;

usque adhuc id ante oculos versatur, quod Xenophonteum schema quodam modo posse appellari existimo. Iam accidit, quod accidisse saepius vidimus, ut eodem tenore ultra quattuor membra pergere non audeat scriptor. Paulo enim variatur compositio *οὔτε τῷ καλὴν γήμαντι, ἵν' εὐφραίνηται, δῆλον* | *εἰ διὰ ταύτην ἀνιάσεται·* || *οὔτε τῷ δυνατοὺς ἐν τῇ πόλει κηδεστὰς λαβόντι δῆλον* | *εἰ διὰ τούτους στερήσεται τῆς πόλεως.* ||

Ad haec Hercherus (N. Jahrb. f. d. Phil. 1862, t. 85 p. 466) animadvertit, periodi rhythmum ex sententia Xenophontis restitui, vocabulis *ἵν' εὐφραίνηται* deletis, quae essent superflua. Immo ex sententia Xenophontis verba sicut sunt servanda sunt, praesertim cum insigne sint simplicitatis illius nativae documentum. Ceterum, si sibi constare voluisset Hercherus, extrema quoque verba transponenda ei fuerunt, ut superiori membro similis evaderet exitus *τῆς πόλεως στερήσεται*[19]), quem verborum ordinem habet codex B. Eo magis autem codicis A bonitas est praedicanda, quod in hac re tam minuta praebuit, id quod Xenophontis proprium est. Eandem ob causam Mem. IV, 5, 11 *ποιεῖν* additum esse puto, ne homoeoteleuton perciperetur (cf. N. L. 683). Non aliter sentio de Cobeti correctione ad Mem. II, 1, 20, quam fecit rotundae verborum structurae adjuvandae causa; nam contendit ipsam loci compositionem postulare, ut restitueretur *ἐμποιεῖν* pro *ἐμποιοῦσιν*. Sed hujus loci compositio non tam polita est, ut artis amore quidquam mutemus:

---

[19]) Blassius II, 141 inter clausulas metricas numerat exitum orationis de Quadriga (16, 50) *τῆς πόλεως στερήσομαι*; igitur haec verborum collocatio artificiosior est. Quo magis adducor ut credam, Xenophonti potius placuisse alterum verborum ordinem, qui artis speciem non praeberet. Anteit annis Isocratis oratio; fieri igitur potuit ut cognosceretur a Xenophonte.

αἱ μὲν ῥᾳδιουργίαι καὶ ἐκ τοῦ παραχρῆμα ἡδοναὶ |
a οὔτε σώματι εὐεξίαν ἱκαναί εἰσιν ἐνεργάζεσθαι, |
4 (ὥς φασιν οἱ γυμνασταί), |
οὔτε ψυχῇ ἐπιστήμην ἀξιόλογον οὐδεμίαν ἐμποιοῦσιν, ||

b αἱ δὲ διὰ καρτερίας ἐπιμέλειαι τῶν καλῶν τε κἀγαθῶν
2 ἔργων ἐξικνεῖσθαι ποιοῦσιν, |
(ὥς φασιν οἱ ἀγαθοὶ ἄνδρες). ||

Membrum b respondet membro a, cujus aequabilitas jam parenthesi turbatur; membrum b, si perfectae conversionis rationem habere voluisset scriptor, fuit dividendum. Noluit autem, ergo ne nos quidem concinnitati subveniemus. Atque illud ipsum exemplum quod profert Cobetus ex Oeconomici capite VI, 5, pro nobis videtur pugnare, nam hic quoque infinitivus verbo finito permutatur: ὅτι καὶ τὰ σώματα καταλυμαίνεσθαι δοκοῦσι | καὶ τὰς ψυχὰς καταγνύουσι. ||

Ergo vide num recte fecerit vir doctus, cui, ut illa nobis probaretur correctio, corrigendus fuit alius locus, quem ad suum usum praeparare conatus est. Profecto, si bis in eadem re peccari intellegimus, incidit nobis suspicio, non casu id evenisse. Vitium igitur est scriptoris, non scribae, nostrum autem est cognoscere, quae ille scripserit neque subdere nostro arbitratu quae elegantiora videantur. Idem iudicandum de Mem. II, 6, 37, quem criticus ille non minus infeliciter temptavit N. L. p. 691, 697, et de Mem. III, 3, 9, ubi retinendum est καὶ ἐν πλοίῳ οἱ πλέοντες.

Nam cum persaepe discernere nullo modo queamus, quid quoque loco sibi permiserit, quid respuerit vel quando eleganter dicendi studio indulserit, quando naturali potius ductus sit sensu, dare operam debemus, ut intellegamus, quae dixerit, neve extemplo obtrudamus ea, quae dixisse eum cupiamus.

II.

De periodorum structura et eurhythmia.

Sentio me, dum Gorgiearum figurarum usum persequor conorque eruere, quid Xenophontis in eis usurpandis proprium appareat, delapsum esse interdum ad eam quaestionem, quae est de periodorum apud Xenophontem universa natura et structura.

Illa enim quaestio, quamvis digna sit visa, quae seorsum a figuris tractaretur, prorsus reponi non potuit, cum de Gorgieis schematis disputaretur; nam pendet ab his verborum quaedam conversio. Quodsi redeo nunc ad hanc de periodorum compositione quaestionem, id ago, ut patefaciam, quam in disponendis ambitus colis rationem Xenophon sit secutus.

Sed liceat mihi, priusquam gravissimam hanc partem qua par est diligentia aggrediar, pauca praemonere, quae ex Bernhardtii libello (*Begriff und Grundform der griechischen Periode*, Progr. Wiesbad. 1854) didici, quaeque meae sententiae illustrandae inserviunt. Definit enim ille periodum sic: „*Die Grundform der Periode ist eine rhythmisch dreifach gegliederte Rede*".

Tribus igitur partibus constat periodi simplicissima forma, cum ab enuntiato primario sejunguntur duo secundaria. Si designaverimus litteris A, B etc. enuntiata primaria, litteris b, c etc. secundaria, hoc erit periodi princeps schema: A b b. Eisdem litteris plerumque designantur enuntiata sive membra, quae sibi respondent. En hujus schematis exemplum ab Isocrate sumptum Paneg. 48:

A *συμβαίνει πολλάκις ἐν αὐταῖς* |
b *καὶ τοὺς φρονίμους ἀτυχεῖν* |
b *καὶ τοὺς ἄφρονας κατορθοῦν;* ||

quod schema sic variare possumus b A b Paneggr. 104:

b *ἀλλὰ τὴν τῶν συμμάχων ὁμόνοιαν κοινὴν ὠφέλειαν νομίζοντες* |
A *τοῖς αὐτοῖς νόμοις ἁπάσας τὰς πόλεις διῳκοῦμεν,* |
b *συμμαχικῶς ἀλλ' οὐ δεσποτικῶς βουλευόμενοι περὶ αὐτῶν,* ||

vel postposito enuntiato primario b b A, Panegyr. 100:

b *καὶ τόν τε Μηλίων ἀνδραποδισμόν* |
b *καὶ τὸν Σκιωναίων ὄλεθρον* |
A *ἐν τούτοις τοῖς λόγοις ἡμῖν προφέρουσιν;* ||

vel interpositis enuntiatis secundariis A b b A, Panegyr. 97:

A *καταισχυνθέντες γὰρ Πελοποννήσου τὴν ἀρετὴν αὐτῶν, καὶ νομίσαντες* |
b *προδιαφθαρέντων μὲν τῶν ἡμετέρων οὐδ' αὐτοὶ σωθήσεσθαι,* |
b *κατορθωσάντων δ' εἰς ἀτιμίαν τὰς αὐτῶν πόλεις καταστήσειν,* |
A *ἠναγκάσθησαν μετασχεῖν τῶν κινδύνων.* ||

Consentaneum est hoc periodi schema facile posse augeri; nam aut adduntur alia secundaria enuntiata, aut ipsa secundaria discinduntur, his fere modis Paneg. 5:

A b c b c

A τότε γὰρ χρὴ παύεσθαι λέγοντας, |
b ὅταν ἢ τὰ πράγματα λάβῃ τέλος |
c καὶ μηκέτι δέῃ βουλεύεσθαι περὶ αὐτῶν, |
b ἢ τὸν λόγον ἴδῃ τις ἔχοντα πέρας |
c ὥστε μηδεμίαν λελεῖφθαι τοῖς ἄλλοις ὑπερβολήν. ||

Cf. Xenoph. Mem. II, 3, 2 periodi schema A bc bc — B bc bc;
aut b b A c c, Panegyr. 7

b πρὸς δὲ τούτοις εἰ μὲν μηδαμῶς ἄλλως οἷόν τ' ἦν δηλοῦν τάς αὐτὰς πράξεις |
b ἀλλ' ἢ διὰ μιᾶς ἰδέας, |
A εἶχεν ἄν τις ὑπολαβεῖν, |
c ὡς περίεργόν ἐστι τὸν αὐτὸν τρόπον ἐκείνοις λέγοντα |
c πάλιν ἐνοχλεῖν τοῖς ἀκούουσιν· ||

aut § 8 b b c c d d A e e geminorum membrorum series:

b { ἐπειδὴ δ' οἱ λόγοι τοιαύτην ἔχουσι τὴν φύσιν |
ὥσθ' οἷόν τ' εἶναι περὶ τῶν αὐτῶν πολαχῶς ἐξηγήσασθαι, |
c { καὶ τά τε μεγάλα ταπεινὰ ποιῆσαι |
καὶ τοῖς μικροῖς μέγεθος περιθεῖναι, |
d { καὶ τά τε παλαιὰ καινῶς διελθεῖν |
καὶ περὶ τῶν νεωστὶ γεγενημένων ἀρχαίως εἰπεῖν, |
A οὐκέτι φευκτέον ταῦτ' ἐστὶ,
e { περὶ ὧν ἕτεροι πρότερον εἰρήκασιν, |
ἀλλ ἄμεινον ἐκείνων εἰπεῖν πειρατέον. ||

Numeris Blassii si designaverimus enuntiata, hanc periodorum habebimus seriem: 2 1 2 : 2 2 2 1 2.

Haec sunt Isocrateae symmetriae eurhythmiaeque arcana atque hac fere ratione composita funditur aequabiliter semper et numerose ejus oratio, quae ea re a Xenophontea compositione differt, quod solutis partibus periodorum successio et rhythmus non interrumpitur, tum, quod occultior latet ars componendi. Xenophontis dicendi genus est perspicuum et candidum, Isocratis dilucidum, purum, comptum. Hic multam artem texit simplicitatis pallio, ille tenuitatem vestis ornamentis quibusdam variavit. Nam etsi eodem modo atque Isocratem vidimus Xenophontem

struere periodos, attamen unum vel inattentum animum fugere non potest, quod repetitione verborum, anaphoris, homoeoteleutis, quibus subsidiis caute utitur Isocrates, apertam et omnibus jam primo obtutu manifestam reddit compositionem suam.

Longius igitur in his rebus non commoror, sed transeo ad ea, quae propositum est demonstrare; eurhythmia enim intellexi ne Xenophontem quidem carere eis certe in partibus operum, quae rhetorico quodam spiritu et ardore compositae sunt. Occurrit nobis Mem. II, 1, 19 haec verborum conclusio:

A 1 { *καὶ τὰ μὲν τοιαῦτα ἆθλα τῶν πόνων μικροῦ τινος ἄξιά ἐστιν·* ||
B 1 *τοὺς δὲ πονοῦντας* |
b 2 { *ἵνα φίλους ἀγαθοὺς κτήσωνται,* |
ἢ ὅπως ἐχθροὺς χειρώσονται, |
c 4 { *ἢ ἵνα δυνατοὶ γενόμενοι καὶ τοῖς σώμασι καὶ ταῖς ψυχαῖς* |
καὶ τὸν ἑαυτῶν οἶκον καλῶς οἰκῶσι |
καὶ τοὺς φίλους εὖ ποιῶσι |
καὶ τὴν πατρίδα εὐεργετῶσι, ||
B 1 *πῶς οὐκ οἴεσθαι χρὴ τούτους* |
d 2 { *καὶ πονεῖν ἡδέως εἰς τὰ τοιαῦτα* |
καὶ ζῆν εὐφραινομένους, |
e 2 { *ἀγαμένους μὲν ἑαυτούς,* |
ἐπαινουμένους δὲ καὶ ζηλουμένους ὑπὸ τῶν ἄλλων; ||

Periodi schema: A B b b c c c c B d d e e; enuntiatum primarium B intercalata habet ter geminata enuntiata secundaria, quae, ut brevis fiam, abhinc appellabo *incisa*. Eurhythmiae schema: 1 1 2 4 1 2 2 vel 1 1 2 2 2 1 2 2. In iis quae sequuntur, deflectit ab eurhythmia et concinnitate Xenophon, periodi enim schema vix formare possumus. Utraque periodus turbatur, prior parenthesi quadam (A b [c] b), altera ne finitur quidem (A b [c]).

Eurhythmiae quadam lege periodorum incisa disponuntur loco Memorabilium diligenter composito II, 6 (a § 21 usque ad § 30 excl.), quas divido omnes in quinque partes; I, 6, 21 *ἀλλ' ἔχει μὲν — φθόνος;* II, § 22 et § 23; III, § 24 et 25; IV, § 26 et 27; V, § 28 et 29;

I, 1 4 3 3 |
II, 2 3 4 2 3 | 3 |

haec ultima periodus extra symmetriam est, nec sensu arte cohaeret cum praecedentibus;

III, 3 5 5 3 |
IV, 4 3 3 4 2 3 |
V, 3 2 4 2 3 |

Quos numeros compares quaeso cum eis quos apud Isocratem invenit dispertiens ejus periodos BlassiusII, p. 149 sqq. Inveni etiam in Hieronis libri capite primo eurhythmiam, quam fortuito fieri vix ausim asseverare. Hos enim periodis dispertitis obtinui numeros:

§ 11—14 Hieronis verba 2 5 5 2 | 1 5 ||
14 Simonides loquitur 2 4 2 |
15 Hiero refert 3 3 |
16 Simonides 2 3 |
17 Hiero 3 1 3 4 (melius 3 1)
20 Simonides 3.

Maxime mihi Xenophon videtur sequi illud Bernhardtii tripartitae periodi schema A bb, cuius rei primum exempla nonnulla proponam ex Memorabilibus velut III, 5, 4

A { *Ταῦτα μὲν ἀληθῆ λέγεις πάντα, ὦ Σώκρατες·* ||
b { *ἀλλ' ὁρᾷς ὅτι ἀφ' οὗ ἥ τε σὺν Τολμίδῃ τῶν χιλίων ἐν Λεβαδείᾳ συμφορὰ ἐγένετο* |
b { *καὶ ἡ μεθ' Ἱπποκράτους ἐπὶ Δηλίῳ,* ||

Huius periodi ambitus amplificatur saepe geminis membris et sic continuatur:

c { *ἐκ τούτων τεταπείνωται μὲν ἡ τῶν Ἀθηναίων δόξα πρὸς τοὺς Βοιωτούς,* |
c { *ἐπῆρται δὲ τὸ τῶν Θηβαίων φρόνημα πρὸς Ἀθηναίους·* ||
d
2 { *ὥστε Βοιωτοὶ μὲν οἱ πρόσθεν οὐδ' ἐν τῇ ἑαυτῶν τολμῶντες Ἀθηναίοις ἄνευ Λακεδαιμονίων τε καὶ τῶν ἄλλων Πελοποννησίων ἀντιτάττεσθαι* |
d { *νῦν ἀπειλοῦσιν αὐτοὶ καθ' αὑτοὺς ἐμβαλεῖν εἰς τὴν Ἀττικήν,* ||
e { *Ἀθηναῖοι δὲ οἱ πρότερον, ὅτε Βοιωτοὶ μόνοι ἐγένοντο,*
2 { *πορθοῦντες τὴν Βοιωτίαν* |
e { *φοβοῦνται μὴ Βοιωτοὶ δῃώσωσι τὴν Ἀττικήν.* ||

Addenda sunt haec incisa praecedenti schemati; nam his augetur, A A b b c c d d e e[20])

---

[20]) Verba, quae Cobetus inclusit *ὅτε Βοιωτοὶ μόνοι ἐγένοντο*, concinnitati

καὶ ὁ Σωκράτης.

A 1 Ἀλλ' αἰσθάνομαι μὲν, ἔφη, ταῦτα οὕτως ἔχοντα· ||

A | δοκεῖ δέ μοι ἀνδρὶ ἀγαθῷ ἄρχοντι νῦν εὐαρεστοτέρως διακεῖσθαι ἡ πόλις. |

3 b | τὸ μὲν γὰρ θάρρος ἀμέλειάν τε καὶ ῥαθυμίαν καὶ ἀπείθειαν ἐμβάλλει, |

b | ὁ δὲ φόβος προσεκτικωτέρους τε καὶ εὐπειθεστέρους καὶ εὐτακτοτέρους ποιεῖ. || A A b b

et sic porro A b b A b b A b b (§ 6 et 7). Eurhythmia haec 1 3 2 2 | 3 3 3 3 (8) 3 3. Hanc periodorum seriem apud Isocratem inveniri jam supra demonstravi.

Mem. III, 4, 11 A b c b c A A A b b ὁ γὰρ ἀγαθὸς οἰκονόμος — μάχην; numeri 1 2 2 2 1 2 vel potius 3 2 | 3 2

1 A ὁ γὰρ ἀγαθὸς οἰκονόμος, εἰδὼς |

2 { b ὅτι οὐδὲν οὕτω λυσιτελές τε καὶ κερδαλέον ἐστίν |
c ὡς τὸ μαχόμενον τοὺς πολεμίους νικᾶν, ||

2 { b οὐδὲ οὕτως ἀλυσιτελές τε καὶ ζημιῶδες |
c ὡς τὸ ἡττᾶσθαι, ||

4 { A προθύμως μὲν τὰ πρὸς τὸ νικᾶν συμφέροντα ζητήσει καὶ παρασκευάσεται, |
A ἐπιμελῶς δὲ τὰ πρὸς τὸ ἡττᾶσθαι φέροντα σκέψεται καὶ φυλάξεται, |
A ἐνεργῶς δ', ἂν τὴν παρασκευὴν ὁρᾷ νικητικὴν οὖσαν μαχεῖται, |
οὐχ ἥκιστα δὲ τούτων, ἐὰν ἀπαράσκευος ᾖ, φυλάξεται συνάπτειν μάχην. ||

Cum quibus confer Isocr. Euag. 42

1 A ὁρῶν γὰρ |

2 { b τοὺς ἄριστα τῶν ὄντων ἐπιμελουμένους |
c ἐλάχιστα λυπουμένους, |

2 { b καὶ τὰς ἀληθινὰς τῶν ῥαθυμιῶν οὐκ ἐν ταῖς ἀργίαις |
c ἀλλ' ἐν ταῖς εὐπραγίαις καὶ καρτερίαις ἐνούσας, ||

1 A οὐδὲν ἀνεξέταστον παρέλειπεν,

---

favens, quamquam officere videntur symmetriae incisorum, perspecta Xenophontis proprietate non rejicienda sunt, cum praeterea respondeant illis *ἄνευ τῶν Λακεδαιμονίων κτλ.*

2 b { ἀλλ' οὕτως ἀκριβῶς καὶ τὰς πράξεις ᾔδει
καὶ τῶν πολιτῶν ἕκαστον ἐγίγνωσκεν

2 c { ὥστε μήτε τοὺς ἐπιβουλεύοντας αὐτῷ φθάνειν
μήτε τοὺς ἐπιεικεῖς ὄντας λανθάνειν,

1 d ἀλλὰ πάντας τυγχάνειν τῶν προσηκόντων·

2 } e οὐ γὰρ — etc.
2 } ἀλλὰ —

Accuratior tamen Isocrates. Tripartitae illae brevesque periodi permiscentur saepe parvis quibusdam comprehensionibus verborum, parallelis membris, quae bina cum binis junguntur. Numeris igitur si designaveris paragraphos 1—6 (Mem. I, 5) hoc praebebunt schema 3 3 3 5 3 1 2 2 2 2 2 3 3 2 2 2 2 1. — Colorum dispositio Mem. II, 8, 5, 6: 2 | 2 2 2 | 2 2 2 | 2 2 et Mem. III, 5, 15—18 excl. 1 2 3 | 2 3 3 3 2 | 2. Mem. III, 12, 2: 2 2 3 2. Incisa vero non aequantur, sed intercalatis verbis, quae sensu omnino non desiderantur, membrum plus necessario extenditur. Sequuntur periodi satis diligenter dispositae, quas ita dispertio: § 3: 2 1 2, § 4: 1 1 2 2 3 2. Quem ambitum literis sic designo: A A b b c c B b b C b. § 5: 3 (A b b) 4 (A b b A) 2 2.

In paragraphi 4 periodo deleri volunt verba repetita *διὰ ταῦτα*, quae retinenda esse censeo hac consideratione permotus. Ille verborum ambitus ratiocinationis formam ipsa structura clare indicat. Sententia A (*καὶ μὴν πάντα γε τἀναντία*) proponitur quid sit probandum; tum singillatim tribus partibus (*καὶ γὰρ ὑγιαίνουσιν*) enumeratur, quibus bonis vir sanus praestet viro corpore infirmo (A b b c c). Consequuntur ex his alia bona, gratia, gloria, honores (B b b *καὶ διὰ ταῦτα χάριτός τε* —), quae senectutem gratam et honestam reddunt, pueris parant commoda vitae (C b). Particulis *τε* — *καὶ* diversa periodi cola inter se nectuntur, ita ut jam hac re mihi videatur apparere, secernendam esse ultimam illam partem *καὶ διὰ ταῦτα τόν τε λοιπόν κτλ.* a praecedenti. Accedit, quod iterare eundem verborum nexum Xenophonti pulchrum persaepe est visum. Nil igitur obstat, quin codicum potius sequamur lectionem.

Sed redeamus ad periodorum investigationem. Solent membra inter se respondentia eundem incisorum numerum complecti; saepe etiam similiter desinere cf. III, 9, 1—3 excl. 2 2 1 2 2. Anaphoram effugit variatis vocabulis, *δῆλον μὲν* — *φανερὸν δὲ*. —

Cf. IV, 1, 3—5, ubi sententiae annectuntur particulis *μὲν - δὲ* vel *καὶ* et *τὲ — καὶ* —; breves fiunt et prope aequantur. Ad haec referantur IV, 2, 35. Vidimus jam supra similem periodorum vel potius membrorum geminatorum continuationem, quam designavi numeris 2. Quae series sententiarum non proprie periodica est appellanda, cum hac tantum cura inter se contineantur, ut incisa inter se respondentia eundem fere servent ambitum similemque structuram. Quo compositionis genere differre maxime ab Isocrate mihi videtur Xenophon, cum sit solutior et antiquitatis amantior. Talis igitur sententiarum series aptissima est, quae Gorgieis figuris exornetur, quibus adhibendis Xenophon in hujus modi potissimum compositione indulsit. Cf. IV, 5, 10, 11; IV, 3, 9.

Peractis Commentariis Socratis licet nonnullas ceteris quoque in libris periodos examinare.

Cyrop. I, 5, 7 sqq.:

Ἄνδρες φίλοι, ἐγὼ προσειλόμην μὲν ὑμᾶς,
οὐ νῦν πρῶτον δοκιμάσας,
ἀλλ' ἐκ παίδων ὁρῶν ὑμᾶς
ἃ μὲν καλὰ ἡ πόλις νομίζει,
προθύμως ταῦτα ἐκπονοῦντας,
ἃ δ' αἰσχρὰ ἡγεῖται,
παντελῶς τούτων ἀπεχομένους. Schema A b c b c b c 1 2 2 2.

Propositio *ὧν δ' ἕνεκα αὐτός τε οὐκ ἄκων εἰς τόδε τὸ τέλος κατέστην | καὶ ὑμᾶς παρεκάλεσα, | δηλῶσαι ὑμῖν βούλομαι.* || Schema b b A 3 (2—1).

§ 8. A b b b b A 3 3.

Paragraphi 9 dispositio explicabatur jam p. 39 sq. Schema A b b — b b A b b b b A b b b b A b b. Eurhythmia: 1 2 (3) 2 1 2 2 1 2 2 1 2.

§ 10.

εἰ δέ τινες ταῦτα ἐκπονήσαντες, |
πρίν τινα καρπὸν ἀπ' αὐτῶν κομίσασθαι, |
περιεῖδον αὐτοὺς ἀδυνάτους γενομένους. || Schema b b A 3 (2 1).

2 *ὅμοιον ἔμοιγε δοκοῦσι πεπονθέναι,* |
οἷον εἴ τις γεωργὸς ἀγαθὸς προθυμηθεὶς γενέσθαι |

2 καὶ εὖ σπείρων |
καὶ εὖ φυτεύων, |

2 ὁπότε καρποῦσθαι ταῦτα δέοι |
ἐῴη τὸν καρπὸν ἀσυγκόμιστον εἰς τὴν γῆν πάλιν καταρρεῖν. || A b c c d d 2 2 2

3 καὶ εἴ τίς γε ἀσκητὴς πολλὰ πονήσας |
καὶ ἀξιόνικος γενόμενος |
ἀναγώνιστος διατελέσειεν, |

1 οὐδ' ἂν οὗτός μοι δοκεῖ δικαίως ἀναίτιος εἶναι ἀφροσύνης. || b b A c 3 1, constructio a praecedenti periodo paululum differt.

§ 11.

1 ἀλλ' ἡμεῖς, ὦ ἄνδρες, μὴ πάθωμεν ταῦτα, ||

3 ἀλλ' ἐπείπερ σύνισμεν ἡμῖν αὐτοῖς |
ὑπὸ παίδων ἀρξάμενοι |
ἀσκηταὶ ὄντες τῶν καλῶν κἀγαθῶν ἔργων, ||

3 ἴωμεν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, |
οὓς ἐγὼ σαφῶς ἐπίσταμαι
ἰδιώτας ὄντας ὡς πρὸς ἡμᾶς ἀγωνίζεσθαι. | A A b b A b b 1 3 3.

2 οὐ γάρ πω οὗτοι ἱκανοί εἰσιν ἀγωνισταί, |
οἳ ἂν τοξεύωσι καὶ ἀκοντίζωσι καὶ ἱππεύωσιν ἐπιστημόνως, |

2 ἣν δέ που πονῆσαι δέῃ, |
τούτῳ λείπωνται, |

1 ἀλλ' οὗτοι ἰδιῶταί εἰσι κατὰ τοὺς πόνους· || b b c c A 2 2 1

3 οὐδέ γε εἴ τινες ἀγρυπνῆσαι δέον |
ἡττῶνται τούτου, |
ἀλλὰ καὶ οὗτοι ἰδιῶται κατὰ τὸν ὕπνον· ||

3 οὐδέ γε οἱ ταῦτα μὲν ἱκανοί, |
ἀπαίδευτοι δὲ ὡς χρὴ καὶ συμμάχοις καὶ πολεμίοις χρῆσθαι, |
ἀλλὰ καὶ οὗτοι δῆλον ὡς τῶν μεγίστων παιδευμάτων ἀπείρως ἔχουσιν. ||

ὑμεῖς δὲ νυκτὶ μὲν δήπου κτλ[21]. 4 2 3.

---

[21]) Iis qui Agesilaum etiamnunc Xenophonti abjudicandum esse censent, hunc conferendum locum propono; cf. VI, 6 καὶ γὰρ νυκτὶ μὲν ὅσαπερ ἡμέρᾳ ἐχρῆτο, ἡμέρᾳ δὲ ὅσαπερ νυκτί.

§ 13/14. 2 2 3 3 | 2 2 2 1 2. Eurhythmia totius orationis: 3 2 2 3 3 3 3 5 5 5 | 3 2 2 2 3 1 | 1 3 3 5 3 3 | 2 2 3 3 4 5 (2 1 2).

Manifestum est, Xenophonti hoc ad elegantiam scribendi pertinere esse visum, ut sententiae circulo peracto quasi ad se redeant.

Referam hic periodorum contextum, qui non splendore figurarum eminet sed diligentia et artificio compositionis Cyrop. II, 1, 11:

1 *Ἄνδρες φίλοι, ἐγὼ ὑμᾶς ὁρῶν* |

3 { *αὐτοὺς μὲν καθωπλισμένους οὕτω* |
καὶ τῇ ψυχῇ παρεσκευασμένους, |
ὡς χεῖρας συμμίξοντας τοῖς πολεμίοις, ||

3 { *τοὺς δὲ ἑπομένους ὑμῖν Πέρσας γιγνώσκων* |
ὅτι οὕτως ὡπλισμένοι εἰσίν, |
ὡς ὅτι προσωτάτω σταθέντες μάχεσθαι, ||

2 { *ἔδεισα, μὴ ὀλίγοι καὶ ἔρημοι συμμάχων* |
συμπίπτοντες πολεμίοις πολλοῖς πάθοιτέ τι. ||

Sequuntur tria enuntiata soluta tum periodus ad normam facta A b b 4 3 2 1 1 1 3. Pergamus ad II, 3, 2, Cyri alteram allocutionem militum.

2 { *Ἄνδρες φίλοι, ὁ μὲν ἀγὼν ἐγγὺς ἡμῖν·* |
προσέρχονται γὰρ οἱ πολέμιοι. ||

5 { *τὰ δ' ἆθλα τῆς νίκης,*
ἢν μὲν ἡμεῖς νικῶμεν,
(τοῦτο γὰρ δεῖ λέγειν καὶ ποιεῖν)
δῆλον ὅτι οἵ τε πολέμιοι ἡμέτεροι καὶ τὰ τῶν πολεμίων ἀγαθὰ πάντα.

2 { *ἢν δ' ἡμεῖς νικώμεθα,*
καὶ οὕτω τὰ τῶν νικωμένων πάντα τοῖς νικῶσιν ἀεὶ ἆθλα πρόκειται[22]).

---

[22]) Libeat conferre anacoluthiam in exordio orationis Clearchi An. II, 5, 5, ubi turbatus membrorum ordo bene cautum et anxium oratoris animum mihi videtur indicare, qui timet, ne offendat virum potentem et astutum. Metuit enim, ne fallatur a Tissapherne, quod aperte pronuntiare non audet; conatur igitur contortis sententiolis persuadere Tissapherni, ut et Graecos sibi amicos esse putet et se ipsum amicum praestet. Incipit ita: *ἐπεὶ δὲ σκοπῶν*

Anacoluthiam praebet, qua optime exprimitur alacritas atque impetus ducis suos hortantis atque inflammantis.

Omittenda erant *τὰ δ' ἆθλα τῆς νίκης* atque *τοῦτο γὰρ δεῖ λέγειν καὶ ποιεῖν,* si cui ante omnia concinnitas periodi fuit cordi, praesertim cum ad intellegendum sint supervacanea. Sed quanto major impetus et ardor ducis apparet, accurata membrorum dispositione turbata! Atque pariter in sequenti periodo bipertita, quamvis eodem fere modo utroque pars sit structa, nimiam concinnitatem effugit. Animadverte, quantopere amet Xenophon conclusionem ratiocinationis particula *γὰρ* iunctam, enuntiato a praecedentibus, quibus arte jungendum erat, membris segregato et absolute posito. Quod cum saepius tum in extrema hujus allocutionis parte observari potest. Non praetermittam alteram anacoluthiam *καὶ ὁ θεὸς οὕτω πως ἐποίησε· τοὺς μὴ θέλοντας ἑαυτοῖς προστάττειν ἐκπονεῖν τἀγαθὰ | ἄλλους αὐτοῖς ἐπιτακτῆρας δίδωσι.*

Cyro respondet Chrysantas II, 3, 5, cujus oratio tota consistit ex una periodo tripartita decem membrorum. Similis ratio est in membris eorumque incisis, quae numeris illustrabitur. Ultimum *κῶλον* longitudine praestat. Oratio hilaritate quadam est conspersa. II, 3, 5

3 { *Ἀλλ' οἶμαι μέν, ὦ Κῦρε, οὐδὲ διανοούμενόν σε,* |
ὡς δεῖ ἴσον ἔχειν τοὺς κακοὺς τοῖς ἀγαθοῖς, |
ἐμβαλεῖν τοῦτον τὸν λόγον, ||

3 { *ἀλλ' ἀποπειρώμενον,* |
εἴ τις ἄρα ἔσται ἀνήρ, |
ὅστις ἐθελήσει ἐπιδεῖξαι ἑαυτὸν ||

οὐ δύναμαι οὔτε σὲ αἰσθέσθαι etc. — exspectas iam priori *οὔτε* respondere alterum hoc fere modo: *οὔτε ἡμᾶς ἐπινοουμένους,* at se ipse interrumpere videtur orator, ut majore cum vi atque pondere verborum affirmet Graecos insidias Persis non esse paraturos: *ἐγώ τε σαφῶς οἶδα, ὅτι ἡμεῖς γε οὐδ' ἐπινοοῦμεν τοιοῦτον οὐδέν.* — Alteram anacoluthiam paulo inferius leges: *καὶ γὰρ οἶδα ἀνθρώπους* — deserta constructione accusativi c. inf. ad participialem structuram transit, *οἳ φοβηθέντες,* ita ut loco subjecti vocabulum *ἀνθρώπους* fiat objectum prolepticum ad *οἶδα,* quod quidem grammatica ex lege non solum explicatur, sed etiam excusatur, hoc autem loco cum concinnitati sententiarum turbandae inserviat, anacoluthiae specimen praebet. Qua re non consentio cum Hartmano, qui hunc locum corrigere cupiat. (Hartman, Analecta Xenophontea, Leyden 1887.)

ὡς διανοεῖται μηδὲν καλὸν κἀγαθὸν ποιῶν, |
3 ἃ ἂν ἄλλοι τῇ ἀρετῇ καταπράξωσι, |
τούτων ἰσομοιρεῖν. ||
2 ἐγὼ δὲ, οὔτε ποσίν εἰμι ταχὺς |
οὔτε χερσὶν ἰσχυρὸς ||
γιγνώσκω τε, ||
ὅτι ἐξ ὧν ἂν ἐγὼ τῷ ἐμῷ σώματι ποιήσω, |
6 οὐ κριθείην οὔτε ἂν πρῶτος |
1 (1, 2, 2) οὔτε ἂν δεύτερος, ||
οἶμαι δ' οὐδ' ἂν χιλιοστός, |
ἴσως δ' οὐδ' ἂν μυριοστός· ||
1 ἀλλ' ἐκεῖνο σαφῶς ἐπίσταμαι, ||
ὅτι εἰ μὲν οἱ δυνατοὶ ἐρρωμένως ἀντιλήψονται τῶν πραγμάτων, |
3 ἀγαθοῦ τινὸς μετέσται τοσοῦτον μέρος, |
ὅσον ἂν δίκαιον ᾖ· ||
εἰ δ'οἱ μὲν κακοὶ μηδὲν ποιήσουσιν, |
3 οἱ δ'ἀγαθοὶ καὶ δυνατοὶ ἀθύμως ἕξουσιν, |
δέδοικα, μὴ ἄλλου τινὸς μᾶλλον ἢ τοῦ ἀγαθοῦ μεθέξω πλέον μέρος ἢ βούλομαι. ||

Eurhythmia 3 3 3 | 2 1 1 2 2 | 1 3 3 |. Sequitur Pheraulae oratio longior, quam ut totam proferam; colometriam tantum adnotabo:

I. 3 3 3 3
II. 2 3 4 3
III. 2 2 3
IV. 3 2 2 3
V. 2 3
VI. 3 2 5 vel 3 2 2 3
VII. 4 3 vel 2 2 3.

II, 4, 9 Oratio Cyri ad Cyaxarem.

I. 4 Cola
II. 2 4
III. 2 2 2 3 (1 2)
IV. 2
V. 2 2 3 2
VI. 3 2.

Si litteris incisa designaverimus hoc schema habebimus:

I. a b c d } eaedem litterae incisa sibi respondentia designant
II. a b a b c d
III. a b c d b a e f f
IV. a b
V. a b a b c d e f g
VI. a b c d d.

Partis III incisa e chiasmi lege sunt disposita verbis quoque chiastice collocatis ut

ἀγαθοὺς συνεργοὺς — συνεργοὺς προθύμους.

Parisosis cum homoeoteleuto

καὶ μήτε τοῖς ἀγαθοῖς τοῦ ἄρχοντος φθονήσαντας
μήτε ἐν τοῖς κακοῖς προδώσαντας.

Cf. II, 4, 22, Cyri adhortatio centurionum.

Sed licet hic finem facere disputandi, etiamsi multa a me intacta esse relicta haud ignoro. Verum id ipsum, quod magna superest copia disserendi, impulit me, ut hos constituerem dissertationis fines neve jam nunc absolvenda susciperem ea, quae futuri laboris praebent materiam satis amplam. Dicet enim quis de studiis rhetoricis Xenophontis disputare instituenti inquirendum fuisse etiam in orationum dispositionem nec fuisse praetermittendam rationem, quae intercederet Xenophonti cum ceteris eius aetatis scriptoribus. Quam rem adumbrasse tantum videor. Demonstrare enim conatus sum, Xenophontem a studiis rhetoricis non fuisse alienum stilumque eius ostendere frequentia et indubitata rhetoricae artis vestigia. Idem docere conatus sum selectis quibusdam exemplis, ad verba scriptoris melius intellegenda et a criticorum temeritate vindicanda, quid inde redundet utilitatis.

Inde illud quoque apparet, qua in re discedam a Blassii, viri doctissimi, iudicio, qui ceteroquin acute et diserte disputavit de Xenophontis elocutione[23]). Errat enim cum affirmat, non esse quaesitas a Xenophonte figuras ornantes nec ullum apparere studium consiliumque ornandi eleganterque scribendi (A. B. II, p. 443: *Die schmückenden (Figuren), welche die Rhetorik auf-*

---

[23]) Aliter atque Blassius judicant meamque de Xenophontis dicendi genere confirmant opinionem Lippelt, E. Quaestiones biographicae, Diss. Bonn 1889, p. 24 sqq. Wissmann, F. O. l. c. p. 30.

gebracht, werden wenigstens nicht gesucht; p. 444: *Immer aber macht die sonstige Zwanglosigkeit des Stils die Figuren als nichts künstliches erscheinen*). Afuisse vero cum contendit Xenophontem ab exercitatione umbratili nec ulla certa doctrina esse eruditum (p. 445: „*er ist ein Naturredner und kein Kunstredner*“), congruit cum ea opinione quam ipsi de ejus studiis rhetoricis informavimus.

Comparat idem vir doctus Xenophontem cum Andocide; nam utrumque fuisse praeditum naturali quadam facundia, elegantiorem tamen venustioremque illum. Attamen oblivisci non debemus Xenophontem otium provectioris aetatis totum litteris dedisse, Andocidem vero semper agitatum esse publicis privatisque rebus. Necessario igitur plus consilii, studii, disciplinae in illo quam in Andocide fuit. Nam etsi rhetoricis studiis adulescens non diutius quam mos erat incubuisse videtur, multa tamen quae postea tradebantur a magistris artis lectitabat eorumque artificia in suum usum conferre studebat. Quare repellimus eorum sententiam, qui ubicunque rhetoricae artis vestigia apud Xenophontem cernuntur, statim haec ei esse abjudicanda censeant. Ita, ut exemplum producam, Beckhausius (Ztschr. f. d. Gymnasialwesen VI, 1872, p. 225 sqq.) Xenophonti abjudicat librum, qui inscribitur de Vectigalibus, propter elocutionem compositionemque nimis rhetoricam. Immo nos melius perspecta illius arte non solum non deterremur, quin genuinum credamus hunc libellum, sed multa et in hoc et in Agesilao et de Rep. Lac., qui libri non minus suspecti sunt plerisque viris doctis, plane ad Xenophontis morem modumque composita et exornata invenimus. Quare isti certe taceant, qui ab oratorio habitu ac colore damnationis caussas repetere solent.

SENTENTIAE CONTROVERSAE.

I.

Xenophontis Conviv. IV, 24 codicum lectione partim servata sic esse scribendum censeo:

πρόσθεν μὲν γὰρ ὥσπερ οἱ τὰς Γοργόνας θεώμενοι λιθίνως ἔβλεπε πρὸς αὐτὸν καὶ λίθινος οὐδαμῶς ἀπῄει ἀπ' αὐτοῦ.

II.

Hartmanum non probo qui loco Anab. IV, 3, 8, verba *λυθῆναι καὶ* deleat. (cf. Hartman, Analecta Xenophontea Leyden 1887.)

III.

Verba Simonis in Terenti Andria (v. 51/52)

Nam is póstquam excessit éx ephebis, Sósia, et
Libérius vivendi fuít potestas, nam ántea
Qui scíre posses aút ingénium nóscere,

contra criticorum suspiciones defendi possunt.

IV.

Versus Euripidis Alcestis 109 sq.

χρὴ τῶν ἀγαθῶν διακναιομένων
πενθεῖν ὅστις
χρηστὸς ἀπ' ἀρχῆς νενόμισται,

lyricae compositionis causa sic esse restituendos puto:

χρὴ τῶν ἀγαθῶν πενθεῖν ὅστις
χρηστὸς ἀπ' ἀρχῆς νενόμισται

deleto verbo *διακναιομένων.*

VITA.

Natus sum Hans Schacht a. d. XII kal. Apriles a. h. s. LXIII, Aargoviae in viculo Graenichen, Helvetius, patre Guilelmo, matre Luise, e gente Moldenhauer, quos adhuc superstites esse valde gaudeo. Fidei addictus sum evangelicae. Litterarum primordiis ab ipso patre imbutus per quattuor annos gymnasium frequentavi Sedunense in pago Valesia, cuius professores et imprimis J. Abbet et J. Nantermod ob benevolum in me animum grata memoria prosequor. Schola humanarum disciplinarum absoluta Losannam me contuli, ubi inter hospites Gymnasii Academici receptus scholis interfui per quater sex menses et adeptus sum gradum baccalaurei litterarum anni LXXXIV aestate. Inde autumno eiusdem anni Berolinum profectus numero civium Universitatis Fridericae Guilelmae legitime sum adscriptus et per quattuor annos scholas audivi Vahleni, Kirchhoffii, Dielsii, Deusseni, Paulseni, Zelleri, Schereri, Weberi, Oldenburgii, Roberti.

Dielsii benevolentia factum est, ut per ter sex menses societatis eius philologae essem sodalis, praeterea ut interessem exercitationibus archaeologicis benigne concessit Robertus.

Quibus omnibus viris optime de me meritis, imprimis Dielsio, qui disciplina et consilio maxime studia mea adjuvit, gratias ago semperque habebo quam maximas.